

Charitate moderatum ab eis valeant auxilium postulare, quod auxilium vulgò vocatur auxilium seu subsidium charitativum. Jus tale subsidium exigendi habet Episcopus cum consensu Capituli Cathedralis arg cap. novit. 4. de his quæ fi. à Præl. sine consens. cap. 2dò. Capitulum Cathedrale Sede vacante. 3tiò. Cardinales in suis titulis; non autem Prælati inferiores. 4tò. Præpositus Generalis alicujus Ordinis. Debet autem manifesta esse & rationabilis causa, & tunc subsidium, si fuerit moderatum, est solvendum ab omnibus Ecclesiis & Clericis beneficiatis Episcopo subjectis. Non autem ab exemptis; imo et si Monasteria absolutè exempta non fuerint, nihilominus ab iis subsidium charitativum peti non potest per Episcopum, nisi ratione Ecclesiarum & Parochiarum Monasteriis unitarum, quæ antequam ad Monasteria transirent, tale subsidium pendere consueverunt Clem. 1. de Cens. Religiosi quicumque pro Monasteriis & Ecclesiis, quæ ad eos quocumque sint titulo devoluta, procuraciones Legatorum Sedis Apostolicæ, ac jura Episcopalia & alia præstari pro ipsis, antequam ad eos pervenissent, solita promptè solvere studeant.

DISPUTATIO XX.

De obligatione & cessatione legum.

HÆc Disputatio potissimum de lege humanâ procedit, cujus obligatio est duplex: una ad culpam sive in conscientiâ, diciturque vis legis directiva; altera ad pœnam, quæ appellatur vis coactiva legis. Ut jam constat ex præcedentibus.



QUÆS.

QUÆSTIO I.

De obligatione & impletione legis etiam pœnalis.

DICO 1. *Leges posite humanitus... Si quidem
juste sint, habent vim obligandi in foro consci-
entia à lege aternâ, à quâ derivantur S. Th. hic Q.
96. a. 4. O.*

Probat; lex æterna præcipit, ut omni superiori legitimè præcipienti obediatur; atqui leges humanas justas observari superior legitimè præcipit; ergo lex æterna præcipit eas observari, ad eò, ut vel lex non sit, vel aliquam obligationem in conscientia imponat vel gravem vel levem pro diversitate materia: quamvis enim dependeat à voluntate Legislatoris applicare vel non applicare legem æternam determinatæ materiae, at tamen si applicetur, non potest subditus non obligari in conscientia, sive, ut dicunt, in foro poli; applicatur autem per quamcunque legem justam ad determinatam materiam, & quidem ad actum determinatè, si sit lex præceptiva, vel ad pœnam tantum, si sit lex purè pœnalis vel ad utrumque si sit lex mixta, quod dependet ab intentione Legislatoris, quæ colligi debet ex terminis legis, velut: cum utitur terminis præceptivis: jubemus, mandamus &c. vel expressè onerat conscientiam subditorum, vel adjicit pœnam spiritualem latæ vel ferendæ sententiæ; si in lege non satis exprimatur intentio obligandi ad actum, de quo lex primò disponit, non est censenda determinatè obligatio ad actum, sed vel ad actum vel ad pœnam. Si sint quædam leges à legitimâ potestate verbis præceptivis editæ, in quibus tamen Legislator exprimit se nolle gravare in conscientia, tales constitutiones non sunt propriè leges, sed potiùs simplices ordinationes superiorum. In legibus verò humanis inæqualitas obligationis non ex solâ intentione Legislatoris sed ex diversitate

De Oblig. &
materiae oritur,
si gravis, quia
materiae;
materiae,
plus in destructi
non est in potest
obligare ad materi
hoc exprimat g
manifestè levem,
quia tunc impe
est incapax non
est capax,
peccato venia
quantum potuit
Sapientis lex d
obligatione gr
Præceptum Ad
prohibens m
sive Ecclesiasti
Missæ est pr
omninoque obligat
Præceptum sapit
eum materialite
duplex est gra
formalis, me
proprii generi
vel prohibita
Genus Con
intra genus n
vel gravitas formal
& necessitate ac
sicut et
respectiva per o
licet etiam gravitas
mandata per ordi

firmitate materiæ oritur, ut in materia levi nequeat esse obligatio gravis, quia gravis obligatio requirit necessariò gravitatem materiæ; obligatio enim debet esse proportionata materiæ, aliàs lex foret irrationabilis, injusta, plus in destructionem, quam in ædificationem; ergo non est in potestate Legislatoris humani sub mortali obligare ad materiam levem; posito autem, quod Legislator exprimat gravem obligationem circa materiam manifestè levem, non erit obligatio gravis, sed levis: quia tunc impeditur gravitate obligationis, cujus materia est incapax non impeditur omnis obligatio; cujus materia est capax, adeoque saltem erit levis obligatio sub peccato veniali: voluit enim Legislator obligare, quantum potuit.

Obj. 1. Sæpius lex divina aliquid prohibet vel præcipit sub obligatione gravi, cum tamen materia sit levis v.g. Præceptum Adamo datum de non comedendo pomo erat prohibens materiam levem. Præceptum sive divinum sive Ecclesiasticum de miscenda modica aqua in sacrificio Missæ est præcipiens materiam levem, & tamen utrumque obligat graviter.

R. Præceptum sæpius præcipit vel prohibet materiam levem materialiter Con. Formaliter levem N. Explico: duplex est gravitas & levitas materiæ: materialis & formalis, materialis est, quæ accipitur ex latitudine proprii generis & objecti, sub quo materia præcepta vel prohibita continetur. v.g. Comestio Pomi intrà Genus Comestionis, mixtio aquæ modicæ cum vino intra genus mixtionis est materia levis. Levitas vel gravitas formalis sumitur ex habitudine connexionis & necessitate ad virtutem vel finem à Legislatore intentum, sicut enim bonitas mediorum formaliter est respectiva per ordinem & habitudinem ad finem, sic etiam gravitas & levitas materiæ formaliter est desumenda per ordinem & habitudinem ad finem

à Le-

penalis.

Si quidem
foro consci-
Tb, hic Q.

ni superiori
ges humanas
pit; ergo lex
vel lex non sit,
imponat vel
a: quamvis
pplicare vel
nateriæ, at-
on obligari
li; applica-
ad determi-
erminatè, si
si sit lex pu-
a, quod de-
colligi debet
inis præcep-
prelse onerat
nam spiritua-
non satis ex-
le quo lex pri-
natè obligatio
enam. Si sint
ois præceptiva
nit se nolle gra-
non sunt pro-
tiones superio-
alitas obligatio-
is sed ex diver-
fit.

à Legislatore intentum, ut proinde materia in se gravis materialiter, formaliter possit esse levis, eò quod non habeat magnam & necessariam connexionem cum fine à Legislatore per se intento; & econtra potest materia, quæ est materialiter levis, fieri formaliter gravis ob magnam connexionem cum fine intento; sic comestio pomi prohibita Adamo erat materia formaliter gravis: quia abstinentia ab illo pomo erat imperata in protestationem debitæ subjectionis ad voluntatem divinam, ideoque, quò magis erat in se levis, eò erat formaliter gravior & gravius debita; in Sacrificio Misæ infusio modicæ aquæ est formaliter gravis materia: quia ordinatur ad tremendum sacrificium, mysticamque significationem; ità etiam frequentatio alicujus domûs honestæ potest esse materia gravis, quando prohibetur ad evitandum grave peccatum vel scandalum vel notabilem destructionem disciplinæ.

Obj. 2. Legislator potest præcipere materiam gravem sub peccato veniali; ergo etiam materiam levem sub peccato mortali.

R. Negando consequentiam: quia quando Legislator præcipit materiam gravem sub peccato veniali, non obligat sub peccato gravi, quia non vult cum tantâ obligatione obligare, ergo vel nullo modo obligabit vel obligabit sub levi; non potest dici, quod nullo modo obliget: cum aliquo modo possit & velit obligare, qui autem præcipit materiam levem sub peccato mortali, vult inducere obligationem, quam non potest inducere.

R. 2. Distinguendo; Legislator potest præcipere materiam gravem materialiter sub peccato veniali. Con. materiam gravem formaliter sub peccato veniali N. Explico: dum Legislator præcipit materiam gravem sub peccato veniali, materia illa non est gravis formaliter & in ratione medii, sed tantum materialiter & in

De Oblig. &
Ratio est:
gravis v.g. pe
quam legem p
nem à Legislat
estius affecur
ad tale medium
maliter in rati
ois materia levi
sue Legislatoris
inducere, hæ
Legislator suffici
or exprimat se
aliter gravi, semp
om talis materia
ionis gravis, e
re præsumitur,
An Lex hurt
mo?
Supposito, qu
adhuc obliget,
ipote, ut per
vel contemptu Le
ga, quando ex e
moris, aut alter
Ratio est: c
ter obligat cum vi
sunt: nemo te
re tantam, serva
e ontur periculat
Reg. 2. ubi D
ones propositio
alibum per Leger
humana cum tant
divina non oblige
tio, id tribuendi

in esse rei Ratio est: quia Materia quæcunque ex suo genere gravis v.g. perpetua abstinencia à carnibus, si per aliquam legem præcipiatur, induit rationem medii ad finem à Legislatore intentum; si Legislatores iudicet se meliùs affecuturum finem per obligationem levem ad tale medium, non erit amplius materia gravis formaliter in ratione medii. Sed hic notandum: quamvis materia levis per extrinsecam connexionem cum fine Legislatoris possit aliquando gravitatem formalem induere, hæc tamen non præsumitur, nisi illam Legislatores sufficenter indicet, & econtra nisi Legislatores exprimat se velle leviter obligare in materia materialiter gravi, semper præsumitur obligare graviter: siquidem talis materia habet intrinsecam capacitatem obligationis gravis, cui Legislatores voluntatem suam adaptare præsumitur.

Q. 1. An Lex humana sit implenda imminente gravi damno?

R. Supposito, quod Lex humana in casu gravis damni adhuc obliget, est implenda, nec sine peccato violari potest, ut per se patet. Attamen secluso scandalo vel contemptu Lex humana per se ordinariè non obligat, quando ex ejus observantia imminet periculum mortis, aut alterius gravis mali v.g. morbi infamiae. Ratio est: quia Lex divina & naturalis non semper obligat cum vitæ periculo; exempla Legis naturalis sunt: nemo tenetur reddere depositum, restituere famam, servare naturale secretum, quando inde oritur periculum vitæ. Exemplum legis divinæ est 1. Reg. 21. ubi David in necessitate famis comedit panes propositionis, quos comedere Laicis erat prohibitum per Legem divinam; ergo multò minus Lex humana cum tanto onere obligat, & quidem quod Lex divina non obliget cum vitæ aut alterius boni dispendio, id tribuendum est divinæ benignitati temperanti

ranti usum suæ supremæ potestatis & domini in nostram vitam & corpora; quod autem Lex humana non obliget cum ejusmodi dispendio, id adscribendum est defectui potestatis: quia Legislatores humani ab Authore naturæ mediante communitate non acceperunt liberam potestatem disponendi de vitâ & bonis subditorum, sed tantum in Ordine ad salutem & bonum communitatis, sæpè autem magis confert ad bonum commune, ut pars communitatis mortem aut aliud grave malum non patiatur, quam ut Lex observetur; ergo in tali periculo ad sui observantiam lex non obligat. Dixi 1. *Per se*, quia lex humana subinde per accidens obligat sub discrimine vitæ aut alterius gravis damni, quod tunc est, quando ex transgressione legis humanæ sequitur alterius Præcepti naturalis & divini graviter obligantis transgressio. Sic si ex comestione carnis die veneris inter Catholicos oriatur grave scandalum, & inter hæreticos Religionis Catholicæ contemptus, esset gravis obligatio sub peccato mortali abstinendi à Carnibus non obstante periculo gravis mali v.g. mortis. Dixi 2. *Ordinarie*: quia lex humana quandoque per se obligat cum vitæ vel alterius gravis damni periculo. Ratio est: quia potestas legislativa ordinatur ad conservationem totius communitatis, sed aliquando nequit conservari tota communitas, nisi pars exponatur periculo vitæ pro bono totius; veluti cum in bello milites exponuntur ad servandas excubias in loco periculoso, tempore Pestis Sacerdotes exponuntur ad Sacramenta administranda; ergo Lex humana potest quandoque cum periculo vitæ præcipere.

Q. 2. An ad impletionem legis requiratur intentio implendi legem?

R. 1. Ad satisfaciendum præcepto affirmativo sive legi præcipienti actum requiritur intentio aliqua, vi cuius ponatur actus liber & moralis: quia non satisfacit præ-

Oblio, &
nisi per po
potest; sed soli
tere possunt:
homines quâ
præcepta, n
somno vel ebr
non satisfacit p

Non requiri
endi legi; ratio
tionem rei pr
formali intentio
requiri virtut
præceptum;
in exercitio p
tatione imple
dicar: quod de
tatione: si enim
tatum absque in
obligationi no
sue sit speciale in
cui debet satisfac
nem, est autem de
satisfaciendi oblig
tativo: quia ac
quod requirit
requiri intention
hic satisfacit præ
tatem coactam
non impleat
sed peccet, attra
peditur, nec alio
CO 1. Punire n
tius autoritate
perducit ad bo
Theol. Schol.

præcepto, nisi per positionem actus, qui sub legem cadere potest; sed soli actus humani sive liberi sub legem cadere possunt: cum leges & præcepta dentur, ut agant homines quæ tales; unde si actio aliqua v.g. Oratio sit præcepta, non satisfacit per vocalem recitationem in somno vel ebrietate factam. Si audiendum sit sacrum, non satisfacit per simpliciter coactam præsentiam.

Rz. 2. Non requiritur expressa & formalis intentio satisfaciendi legi: ratio est: quia lex præcipit moralem executionem rei præceptæ: atqui hæc esse potest absque formali intentione implendi præceptum, imò nec videtur requiri virtualis ex parte operantis intentio implendi præceptum: Lex enim præcipit talem actum humanum in exercitio poni, qui ponitur absque virtuali intentione implendi legem vel præceptum.

Nec dicas: quod debitum justitiæ non possit solvi sine intentione: si enim ille, qui debet alteri centum, donet centum absque intentione saltem virtuali solvendi, suæ obligationi non satisfacit; nam contra est: quod hoc sit speciale in obligatione justitiæ commutativæ, cui debet satisfieri per solutionem, non per donationem, est autem donatio, si nec virtualis adsit intentio satisfaciendi obligationi. Dixi supra: Præcepto affirmativo: quia ad satisfaciendum præcepto negativo, quod requirit solam omissionem, certius est, nullam requiri intentionem positivam satisfaciendi præcepto; hinc satisfacit præcepto jejunii per solam cibi abstinentiam etiam coactam; licet enim talis coram Deo moraliter non impleat præceptum vi voluntatis contrariæ, sed peccet, attamen præceptum humanum non transgreditur, nec alio die tenetur jejunare.

DICO 2. *Punire non pertinet nisi ad ministrum legis, cujus autoritate pœna infertur... Lex etiam puniendo perducit ad hoc, quod homines sint boni* S. Th.

hic Q. 92. a. 2. ad 3. & 4. sive: Lex pœnalis obligat ad subeundum pœnam, quam infligit transgressoribus vel per Judicem vel per seipsam.

Probat: omnis lex justa obligat in conscientia subditos ad implendum illud, quod pœscribit; atqui lex imponens transgressoribus pœnam vel per sententiam Judicis, vel ipso facto incurrendam est justa: quia ab habente potestatem coërcitivam ad bonum commune est lata, ut metu pœnarum à delictis deterreat, & ad ea, quæ bono communi utilia sunt, inducat; ergò obligat in conscientia subditos, ut subeant pœnam vel Judici punienti non resistendo, vel in seipsis pœnam à lege impositam exequendo, vel nullum ex actu à lege irritato emolumentum quærendo. Secundum sequentes regulas.

1. Lex pœnalis, quæ intert pœnam spiritualem v.g. Excommunicationis, suspensionis ipso facto incurrendam, non tantum obligat ad rem pœceptam, sed etiam ad ipsam pœnam ante sententiam Judicis. Ratio est: quia Pœna statuta à lege alia dicitur ferendæ alia latæ sententiæ: pœna ferendæ sententiæ est, quando transgressor obligatur à lege ad sustinendam pœnam post Judicis sententiam vel declaratoriam & criminis & pœnæ, vel declaratoriam solùm criminis. Pœna latæ sententiæ est, ad quam lex obligat non expectatâ judicis sententiâ, quod colligi debet ex verbis legis, si scilicet lex dicat: ipso facto, ipso jure pœnam incurrat. est pœna latæ sententiæ; si verò dicat imperando: suspendatur, excommunicetur, vel comminando: sub pœnâ interdicti pœcipimus, est pœna ferendæ sententiæ. Igitur cum lex dicat delinquentem ipso facto pœnam incurrare & illa ut plurimum sit medicinalis, nec excedat suavitatem & æquitatem humanam illam in se exequi; ideò censendum est, quod Legislator velit suâ potestate uti, & ad illas pœnas subeundas non expectatâ Judicis sententiâ obligare.

2. Lex pœnalis privans jure acquirendo vel reddens transgressorem inhabilem ad aliquod jus vel actum vel imponens pœnam conditionalem obligat ante sententiam Judicis ad pœnam.

Pro intelligentia notandum : quod pœna alia sit positiva, quæ ad sui executionem indiget ulteriori actione : ut solutio pecuniæ ; alia privativa, quæ privat aliquâ re, fructu, jure vel quærendo vel quæsito sine ulteriori actione v.g. privatio vocis activæ & passivæ ; aliquæ sunt pœnæ conditionales, quæ non tam sunt pœnæ, quam derogatio beneficii, quod Legislatores non nisi sub certâ conditione dare voluit v.g. Clericus habitum non deferens privatur Privilegio fori, hoc enim privilegium exemptionis à foro sæculari datur sub conditione habitum deferendi. Et hæc posteriores pœnæ incurruntur ante sententiam ; quia Ecclesia vel respublica est Domina suorum bonorum, ideò potest justè habilitatem ad illa percipienda alligare certis conditionibus, quibus non impletis, hoc ipso cessat habilitas ad illa bona percipienda ; sicut, si testator fecisset Legatum virgini sub hæc conditione : si castè viveret, hoc ipso, quo non verificatur conditio, privatur Legato. Ità in pœnam certi delicti potest Ecclesia alligare inhabilitatem ad aliqua bona, jura vel fructus à legis transgressoribus incurrendam, unde positâ transgressione eo ipso cessat habilitas ad talia bona. Exempla sunt : incurritur impedimentum Canonicum matrimonii ex crimine ante sententiam Judicis ; beneficiatus non recitans officium Canonicum obligatur pro ratâ ad restitutionem fructuum à Con. Lateranensi. Beneficiatus non residens in suâ Ecclesiâ privatur fructibus sui beneficii à Trid. sess. 23. de reform. cap. 1. habens beneficium curatum illo privatur, si intrâ annum non ordinatur presbyter per cap. licet 14. de elect. in 6.

3. Pœnæ temporales consistentes in privatione juris

jam quæsitum, vel quod acquiri est inceptum, non obligant ante sententiam Judicis saltem declaratoriam criminis, quamvis verba Legis significant pœnam latæ sententiæ. Ratio est: quia lex non debet esse nimis rigida; si autem quis seipsum deberet spoliare rebus jam possessis & juribus acquisitis lex esset nimis rigida. Exemplum est in cap. cum secundum leges de hæret. in 6. ubi hæretici privantur ipso jure bonis à se possessis à die commissi criminis, & tamen non tenentur bona illa extrahere ante judicis sententiam.

Nec obstat: quod in lege addatur Clausula: ipso facto, nullâ aliâ declaratione expectatâ: quia Clausulæ illæ significant: non requiri declarationem novæ pœnæ à Judice impositæ.

4. Lex purè irritatoria non obligat in conscientiâ ad omissionem actûs invalidati, nisi à Legislatore id expressè intendatur, vel suppositâ hujusmodi irritatione actus specialem induat turpitudinem.

Pro terminorum intelligentia notandum, actum à Lege dupliciter irritari posse: 1. mò. ità, ut Lex decernat actum à Judice irritandum, quod fit, quando verba irritatoria ponuntur in futuro vel imperativo v.g. rescindatur, infirmetur & in hoc casu effectus ex hujusmodi actu consequentes solùm cassantur à die latæ sententiæ. 2. dò. ità, ut per ipsam legem actus irritetur. Sic à Con. Trid. matrimonium sine Parocho & testibus celebratum, religiosa professio ante expletum annum probationis irritantur; quando autem actus irritatur, vel irritatur civiliter vel naturaliter. Actus irritatur naturaliter, quando tollitur omnis obligatio, quæ ex illo oriri posset. Irritatur civiliter, quando in foro externo non datur actio, quamvis in foro conscientie maneat validitas & obligatio: potest etiam lex irritans esse vel purè irritatoria vel pœnalis; tunc est pœnalis, quando irritatio statuitur in odium transgress-

de Oblig. &
Exempla si
in homicida. Co
missa; I
ficio præsupponi
furorem boni
reumenta irrit
no religiosa est i
s omni prædict
legislator genera
debent subditi,
dicit, potest de
vel ad irritatione
de ipsius intenti
bil, quod minu
irritare actum,
tum, cum sint
men purè irritato
reuzat fructus v
haberet. Unde si
tentes à sententiâ
sententiam Judicis fr
per, obligatur ta
tum à fructibus ex
reus lex ipso facte
is, erit tantum ob
irrita & actionem
ex tali actu percip
haber irritans, est
tus tam naturalibu
pendos hoc ipse
fatur omnis pote
mendum valorem

DE OBLIG. & CESSATIONE LEGUM.

gressoris. Exempla sunt : matrimonium irritatur in odium uxoricidæ. Collatio beneficii irritatur in odium simoniæ commissæ; Lex purè irritatoria est, quæ non necessariò præsupponit actum malum, sed potiùs intendit favorem boni communis vel privati. Exempla sunt : testamenta irritantur ob defectum solennitatum, professio religiosa est invalida ob defectum ætatis. His notatis oritur prædictus legis irritatoriæ effectus inde : quia Legislatores generalem & naturalem obligationem quam habent subditi, ut superiori legitimè præcipienti obediant, potest determinare vel ad actus omissionem vel ad iritationem vel ad utrumque simul; nisi igitur de ipsius intentione expressè constet, præsumitur illud, quod minus est, nempe, quod solum voluerit irritare actum, non autem facere illicitum & invalidum, cum sint rationes à se invicem separabiles. Lex tamen purè irritatoria obligat subditum in conscientia, ne quærat fructus vel effectus ex tali actu, quos alioquin haberet. Unde si sit lex irritatoria de futuro vel dependenter à sententiâ Judicis, potest quis quidem ante sententiam Judicis fructus ex illo actu tanquam valido percipere, obligatur tamen in conscientia post latam sententiam à fructibus ex illo actu percipiendis abstinere; si vero sit lex ipso facto irritans civiliter & in foro externo, erit tantum obligatio conscientia, ne quis media civilia & actionem in foro externo apponat ad fructum ex tali actu percipiendum : si demum sit lex naturaliter irritans, est obligatio abstinendi ab omnibus mediis tam naturalibus quam civilibus ad tales fructus percipiendos hoc ipso, quod per talem iritationem auferatur omnis potestas tam civilis quam naturalis ad sustinendum valorem illius actus.



QUÆS-

QUESTIO II.

An lex cesset cessante causâ?

DICO. *Rectitudo legis dicitur in ordine ad utilitatem communem, cui non semper proportionatur una eademque res, & ideo talis rectitudo mutatur* S. Th. hic Q. 97. a. 1. ad 4. sive: cessante causâ legis vel contrariè vel negativè universaliter ipso facto cessat omnis obligatio legis.

Explicatur: causa vel motivum Legis potest cessare vel negativè, vel contrariè; causa Legis negativè cessat, quando manente possibilitate & honestate rei præceptæ cessat causa & motivum, ex quo lex lata est v.g. est lex lata de persolvendis certis precibus pro obtinendâ pace, cessante bello vel periculo belli cessat motivum Legis hujus negativè: cum preces illæ maneant possibles & honestæ; contrariè motivum Legis cessat, quando turpe est servare legem, sive quando materia Legis facta est iniqua vel contraria alteri præcepto magis obliganti.

Probatur 1. Pars: eo ipso Lex cessat, quo incipit esse injusta, impossibilis vel inutilis communitati absque ullâ aliâ revocatione, dummodo mutatio universaliter in totâ materiâ Legis facta sit manifesta; atqui cessante motivo Legis contrariè facta est Lex iniqua, impossibilis vel inutilis ergo

Probatur 2da Pars: Cessante causâ cessat effectus; atqui cessante causâ legis negativè cessat causa ergo etiam cessat effectus illius scil. obligatio; quia sicut Lex ab initio non subsistit, si sine causâ & ratione sit lata, ita etiam postea desinit absque ullâ aliâ revocatione desinente ratione totali legis universaliter. Quod addo: quia cessante ratione partiali tantum potest fieri, quod alia causa perseveret, quæ sit sufficiens ad conservandam Legis obligationem; v.g. Lex tributi civilis est

de Oblig. &
dicta, quando
non penitus
dum manet p
huc manent;
universaliter;
negativè, i
ratio, ob quam
particulari casu
in illo partic
licet non serv
obstantiam à
nullam habea
obligatis hâc
Si lex non c
ratione, et
ratione in g
ratio totius ad tot
consequentiâ
adæquato legis g
constituendi leg
at verò, si
cesset, man
respicit singul
in particulari
præceptus
contrariè, ne
Qualiter cesset le
occuribus casibus?
Lex fundata in
licetur præsum
particulari, sed f
obligæ in conscie
intelligentia ter
in qua lex aliqu

est indicta, quando hostes civitatem oppugnabant, hæc causa non penitus cessat, licet hostes non amplius adsint, dum manet periculum hostium, vel aliæ justæ causæ adhuc manent; debet tamen totalis ratio Legis cessare universaliter: quia licet ratio Legis in particulari casu cesset negativè, manet tamen semper universalis aliqua ratio, ob quam expedit etiam tunc servari legem in illo particulari casu: repugnaret enim bono communi, si in illo particulari casu ob rationem Legis cessantem liceret non servare legem: sic v.g. Ecclesia præcipit abstinentiam à Carnibus ob mortificationem, quamvis nullam habeas mortificationem in hâc abstinentiâ, obligaris hâc lege.

Dices: Si lex non cesset in particulari Casu cessante illius totali ratione, etiam non cessabit in generali cessante illius ratione in generali: quia eadem videtur proportio totius ad totum, quæ est partis ad partem.

R. N. consequentiam: disparitas est: quia cessante fine adæquato legis generaliter cessat quoque absoluta ratio constituendi legem, ita ut materia legis reddatur inutilis; at verò, si finis in universali subsistat & in particulari cesset, manet integra ratio legis communis; quæ non respicit singulos, sed frequentiores Casus, & idè licet in particulari cesset finis legis negativè, quia tamen actus præceptus non fit inutilis, hinc ratio legis non cessat contrariè, nec lex fit inutilis.

Q. Qualiter cesset lex in præsumptione fundata pro particularibus casibus?

R. Lex fundata in præsumptione juris non cessat, nisi falsificetur præsumpta fraus vel damnum in aliquo casu particulari, sed fundata in præsumptione facti non obligat in conscientiâ, quando fallit præsumptio.

Pro intelligentia terminorum notandum: præsumptionem, in quâ lex aliqua fundatur, aliam dici præsumptionem

tionem juris vel periculi, aliam dici præsumptionem facti; in præsumptione juris lex fundatur, quando non fundatur in aliquibus indiciis, sed in iudicio moraliter certo, quod ex tali contractu vel actu, non quidem in omni particulari casu, sed regulariter & ut plurimum fraus vel damnum eveniat, & ita per illam non præsumitur aliquod factum sed periculum fraudis & damni. Exemplum est: Lex Trid. irritans matrimonium clandestinum fundatur in præsumptione Juris vel periculi, quod regulariter in talibus matrimoniis intervenire solet; Lex fundatur in præsumptione facti, quando nititur iudicio ex certis indiciis definiente hoc vel illud esse factum, unde virtualiter est lex conditionata: si scilicet factum se ita habeat, sicut à Legislatore vel præcipiente iudicatur. His præmissis.

Ratio prima Partis est: quando finis & motivum principale Legislatoris subsistit, manet Legis obligatio; atqui, quamvis præsumptio falsificetur in uno alterove casu particulari, adhuc tamen motivum principale Legislatoris subsistit: nempe bonum reipublicæ, periculum moraliter certum, evitatio incommodorum & scandalorum, quæ ut plurimum evenire solent; ergo etiam in illo particulari casu manet Legis obligatio; sic Trid. iterum irritat Professionem Religiosam ante 16. tum ætatis annum factam ex præsumptione immaturi Iudicii, professio est irrita licet in casu particulari sit satis maturum iudicium: præsumptio quippe Legis non est de iudicii defectu in singulis, sed in plerisque & fundatur in periculo scandali, quod inde oriri solet.

Ratio secundæ partis est: quia vel præsumptio Legis aut Præcepti est ideo falsa, quia Lex præsumit aliquem actum esse licitum, qui tamen jure divino & naturali est illicitus; & tunc per se clarum est, quod Lex non obliget, cum non possit obligare ad peccatum; exemplum est in cap. inquisitioni 44. de sent. Excom. ubi dicitur

OBLIG. &
quod si qui
nam, per sen
rationis cogati
monio, debe
humiliter su
peccatum
Legis est fals
licitum quidem
factum: qu
nam non obliga
quando fallit
veritatem de
in foro exte
mpionem.

QU

Lex possit cessare

rogatio Legis
& explicite leg
novam priori
ordinem con
tinet.

CO I. Manifi

stari lex, S. T

potest leges à

are & abrogare cu

quidem sed valid

ratio primæ parti

der à voluntate si

non obligant.

ratio secundæ par

ecula minuat leg

que sit noxia be

efficienti causa

dicitur, quod si quis sciens, se invalidè contraxisse matrimonium, per sententiam iudicis sub pœnâ excommunicationis cogatur ad cohabitandum & utendum matrimonio, debeat potiùs sententiam excommunicationis humiliter sustinere, quam per Carnale commercium peccatum mortale operari. Vel ideò præsumptio Legis est falsa, quia Lex præcipit aliquem actum licitum quidem, sed tamen propter præsumptum aliquod factum: quod à patte rei non invenitur, & hæc etiam non obligat: Lex quippe non intendit obligare, quando fallit præsumptio: eò quod recta ratio dicitur, veritatem debere falsæ præsumptioni præferri ideoque in foro externo admittitur probatio contra præsumptionem.

QUÆSTIO III.

An Lex possit cessare per abrogationem aut contrariam consuetudinem?

A Brogatio Legis fit per Legislatorem sive expressè & explicitè legem revocantem, sive tacitè, dum legem novam priori contrariam promulgat, aut etiam consuetudinem contrariam personaliter vel legaliter approbat.

DICO I. *Manifestum est, quod verbo humano potest mutari lex.* S. Th. hic Q. 97. a. 3. O. sive: Legislator potest leges à se latas vel ex toto vel ex parte revocare & abrogare cum causa licitè, absque causa illicitè quidem sed validè.

Ratio primæ partis est: quia valor & obligatio legum pendet à voluntate superioris obligantis, quâ cessante leges non obligant.

Ratio secundæ partis est: quod mutatio legis facta sine causa minuat legum firmitatem & æstimationem, ideoque sit noxia bono communi & consequenter absque sufficienti causa illicita.

Dices : Lex absque justâ causâ nequidem validè fieri potest; ergo neque absque justâ causâ potest validè abrogare.

R. Negando consequentiam: quia plus requiritur ad rei generationem, quam ad illius destructionem, hinc licet ad constitutionem Legis justa requiratur causa, ad validam tamen abrogationem sufficit voluntas superioris non ampliùs obligare volentis exteriùs manifestata: quod autem potest Legislatoꝝ in lege propriâ, potest successor in lege antecessoris. Et sicut expressè per declarationem voluntatis contrariæ legem sive à se sive ab antecessore latam revocare potest, ita & tacitè per constitutionem posteriorem, quæ, si sit directè contraria priori, illam tollit & abrogat, quamvis de priori constitutione nullam faciat mentionem. *Ratio est*: quia in Legislatore est potestas abrogandi legem priorem à se vel antecessoribus latam, si ergo condatur constitutio novam priori contrariam, hoc ipso est in eo voluntas abrogandi & revocandi legem præcedentem, cum Princeps scire censeatur leges communes & publicas reipublicæ.

Obi. Per legem Pontificiam posteriorem decretis Concilii generalis contrariam non censeatur decretis Concilii generalis esse derogatum, nisi addatur Clausula: non obstante quâcunque lege aut constitutione in Concilio generali editâ; ergo per Legem posteriorem priori contrariam prior lex non abrogatur.

R. Negando conseq. Cum enim decreta Concilii generalis valde maturâ deliberatione sint condita, videntur habere tacitam clausulam derogatoriam omnium posteriorum constitutionum, quæ illi sunt contrariæ, nisi de illis mentionem faciant, imò, si concilium generale sit novissimum, quale nunc est Trid., non sufficit generalis derogatio decretorum cujuscunque concilii, sed necesse est, specialem illius mentionem fieri,

per

Oblig. &
tamen de
contrarium,
derogatio:

Quid de stat

Princeps per

abrogare pa

locoru

est contra

statuta censet

ione generali

solida: non ob

in contrariu

ularia non esse

munere; tunc er

explicatio, per

ciali derogation

g. An statuta M

ata v.g. statuta

solunt ab inferio

rogari: antequam

esse confirmatic

tem, aliam acci

omam & substan

habet potestatem p

abrogandi habeat

confirmatio ac

statutam Legi vel

potestatem per

om obligandi h

imationem petit

conciliandam H

Statutum,

mutatione accide

per posterius tamen decretum Concilii generalis tollitur prius illi contrarium, quamvis in posteriori non fiat expressa derogatio: quia tunc sunt ejusdem firmitatis.

Q. 1. Quid de statutis & consuetudinibus particularibus?

R. Princeps per generalem constitutionem non censetur abrogare particularia statuta & consuetudines specialium locorum & personarum, quibus Lex illa posterior est contraria. Ratio est: quia talia particularia statuta censentur Principi incognita & ideo in constitutione generali minimè comprehensa, nisi addatur Clausula: non obstante quâcunque consuetudine aut statuto in contrarium. Fit exceptio: nisi illa statuta particularia non essent præter vel contra, sed juxta jus commune; tunc enim uti jus commune, cujus sunt tantum explicatio, per constitutionem generalem absque ullâ speciali derogatione abrogantur.

Q. 2. An statuta Magistratûs inferioris à superiore confirmata v.g. statuta Diœcesana confirmata à S. Pontifice possint ab inferiore absque consensu confirmatoris abrogari? antequam respondeam notandum est: duplicem esse confirmationem, unam necessariam & essentialem, aliam accidentalem; essentialis est, quæ dat formam & substantiam legi, ut: quando inferior non habet potestatem per seipsum ferendi legem, quæ vim obligandi habeat, nisi prius confirmetur à superiore; confirmatio accidentalis est, quæ non formam & substantiam Legi vel statuto dat, eò quod inferior habeat potestatem per seipsum condendi statutum, quod ex se vim obligandi habeat, nihilominus à Superiore confirmationem petit ad majorem vim & auctoritatem legi conciliandam. Hoc notato.

R. 1. Statutum, quod confirmatum est à superiore confirmatione accidentali, non obstante confirmatione

supe-

de quibus 32. ff. de LL. lib. 1. tit. 3. 1. dicitur: *Jus*: prout sumitur pro lege comprehendente speciem utramque juris scripti & non scripti. Dicitur 2. *morbis constitutum*: ut ostendatur origo & causa introducendi juris sive legis non scriptæ, & quidem ipse usus diuturnus, mores vel actus frequentati à populo vel majore ejus parte vocantur consuetudo facti; ipsum verò jus, quod ex ejusmodi diuturno usu nascitur, vocatur consuetudo juris, ad quam introducendam via est ipsa consuetudo facti, alia est consuetudo secundum legem, & hæc est pura consuetudo facti, quæ non inducit novum Jus, sed est observantia & executio legis præexistentis, v.g. Consuetudo audiendi sacrum diebus festivis; alia est consuetudo præter legem, per quam novum jus introducit, & parem cum lege scriptâ vim obligandi habet; alia demum est consuetudo contra legem, per quam lex abrogatur. His præmissis.

Probatur Conclusio: Illud potest mutare sive abrogare legem, quod legem novam potest inducere: ubi enim est vis ligandi, ibi etiam est vis solvendi ligamen; atqui consuetudo potest inducere novam legem; ergo etiam potest abrogare legem. Utrumque probatur ex Can. in his rebus 7. dist. XI. in quo S. August. *In his rebus, de quibus nihil certi statuit divina scriptura, mos populi Dei, & instituta majorum pro lege tenenda sunt. Et sicut pravaricatores divinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum Consuetudinum coercendi sunt.* Et cap. fin. de Consuet. *Licet longava consuetudinis non sit utilis autoritas, non tamen est usque adeò valitura, ut vel juri positivo debeat præjudicium generare, nisi fuerit rationalis & legitime præscripta.*

Ex quibus colliges: quod ad hoc, ut consuetudo facti vim habeat inducendi consuetudinem juris, vel
abro-

XX,
quia per talem
statuti, nam lex
ex eo, quod
fit constitutio
ergo eadem
fuit, tolli &
tatem pertineat
fit solum solem-
m auctoritatem
n Episcopi tun-
it. Fit excep-
plenitudine po-
statutum confir-
sulas statutum,
e ab inferiore

ialiter est con-
gati sine con-
st: quia ejus-
oritate superio-
non habent po-
statutum non
oris, ita revo-
quitur ad de-
t exceptio: nisi
am, tunc etiam
ine consensu su-
um habet se in-
ivilegio sibi con-

plicatos, qui con-
x S. Th. hic Q.

im: quod con-
ut sumitur et

abrogandi legem præexistentem, certæ conditiones requirantur: sunt autem sequentes.

Prima: Consuetudo debet esse legitimâ autoritate introducta; potest autem consuetudinem introducere imprimis sola communitas perfecta. Ratio est: quia non potest forma legis induci, nisi in subjectum capax juris legalis: sola autem communitas perfecta est subjectum legis, ideoque privata familia vel Domus, sicut non est capax legis propriè dictæ, ita neque consuetudinis legitimæ. *Deinde* sola communitas libera vel populus nullum alium superiorem agnoscens potest propriâ autoritate consuetudinem obligantem introducere. Ratio est: quia talis populus potest legem condere; ergo etiam consuetudinem habentem vim legis; ad quod requiritur, quod vel à toto populo vel majore parte communitatis actus sint frequentati, per quos consuetudo est introducta; sicut enim pars populi non potest ferre legem, ita nec consuetudinem: cum actus publici, qui concernunt totam communitatem, vel ejus nomine fiunt, debeant moraliter procedere à totâ communitate juxtâ R. J. 29. in 6. *Quod omnes tangit debet ab omnibus approbari*: quod autem à majore parte communitatis fit, censetur ab omnibus fieri secundum æstimationem moralem; si autem communitas non sit libera, sed habeat superiorem, penes quem sit potestas ferendi Leges; ad consuetudinem requiritur

Secunda Conditio: videlicet consensus Principis vel personalis vel legalis; consensus Principis personalis & particularis adest, quando Princeps expressè consentit vel antecedenter dando licentiam ad inducendam consuetudinem vel concomitanter aut consequenter eam approbando vel saltem tacitè consentiendo, dum sciens populi morem, cum possit prohibere, non impedit, sed tolerat. Consensus legalis vel juridicus est, qui non

im-

immediatè & personaliter est à Principe, sed per ipsum jus à Principe conditum datus intelligitur; nam eo ipso, quod jure tam Canonico quam civili est statutum, ut consuetudo habens certas condiciones vim legis habeat, censetur Princeps tam Ecclesiasticus quam politicus omnes consuetudines habentes illas condiciones approbare.

Ex his sequitur imprimis ad consuetudinem abrogatoriam legis tam civilis quam Ecclesiasticæ non requiri consensum personalem Principis expressum vel tacitum, sed sufficere consensum legalem; cum enim in Cap. fin. cit. duæ requirantur condiciones ad consuetudinem abrogatoriam Legis Canonice, scil. ut sit rationabilis & legitimè præscripta, his habitis adest consensus legalis Principis. Eodem modo à jure civili, supposito, quod consuetudo sit rationabilis, nil plus requiritur, quam quod sit diuturna, longa, & per plurimos annos observata per L. 33. & 35. ff. de LL. lib. 1. tit. 3. Deinde ad consuetudinem introducendam novi juris inductivam etiam sufficere consensum legalem; quia ejusdem potestatis est solvere & ligare, nec minor potestas requiritur ad abrogandam legem antiquam, quam ad introducendam novam; si igitur consuetudo rationabilis legitimè præscripta ex legali consensu Principis habeat potestatem abrogandi legem antiquam, quod majus videtur, etiam habebit potestatem ex eodem consensu introducendi legem novam, quod minus videtur. Demùm ut consuetudo non legitimè præscripta vel jus novum inducat, vel antiquum abroget, requiritur consensus personalis Principis, & quidem expressus, si sit res gravior, vel jus specialiter id requiratur; aut ad minus tacitus & interpretativus, si res sit levior. Ratio est: quia populus habens superiorem jus facere non potest absque consensu Principis, quando autem non adest consuetudo legitimè præscripta, non adest

adeſt conſenſus legalis ; ergo tunc opus eſt conſenſu personali Principis ſaltem tacito , qui explicatur per ſcientiam & patientiam Principis non ſimpliciter permiſſivam ſed approbativam , multa enim tolerantur, quæ non approbantur ut deſumitur ex cap. cum jam dudum 18. de præb.

Tertia Conditio : actus per populum frequentati : quia conſuetudo eſt jus moribus conſtitutum , ideòque non ſufficit unus actus , niſi foret ſucceſſivus & habeat temporis continuationem, tunc enim ratione continuationis foret virtualiter multiplex & pluribus æquivalens. Exemplum eſt : ſi beneficium regulare conferatur Clerico ſæculari , & ab eo pacificè poſſideatur per 40. annos beneficium illud per conſuetudinem ex regulari fit ſæculare & vice verſa , ut deciſum in cap. cum de beneficio 5. de præb. in 6. Deinde actus illi frequentati debent eſſe publici & notorii, aliàs enim non ſunt apti ad publicam conſuetudinem inducendam : cum illa nomine communitatis inducatur. Prætereà debent eſſe actus voluntarii, hinc, ſi ſit error facti, quo populus circa legem errat putans eam non eſſe latam, dum reverà lata eſt, vel eſſe latam, dum lata non eſt, non poteſt ex tali errore conſuetudo induci ; aliud eſſet, ſi interveniat error juris , ut, quia populus ſcit quidem Legem eſſe latam vel non eſſe latam, errat tamen circa obligationem , quia per errorem putat ad actum, quem publicè exercet, ſe obligari, cum tamen nulla obligatio adſit ; ex eodem capite conſuetudo induci non poteſt per actus vi aut metu extortos, quamvis enim metus non cauſet involuntarium ſimpliciter, non tamen cenſetur eſſe animus ſeſe obligandi & inducendi conſuetudinem per actus ſecundum quid involuntarios. Debent denique actus introducetes conſuetudinem frequentati fuiſſe cum animo ſaltem interpretativo inducendi conſuetudinem , vel ſe obligandi :
ſicut

De OBLIG.
etiam ad indu
obligandi,
hoc capite co
obligant
conſuetudo
die aut veſpe
cineres in di
ſſi templi.
Quarta Conditio
in genere eſt r
deretur & ob
illa conſuetud
viri naturali,
adverſatur,
entiam & occ
communi & pub
eſt reprobata.
reprobaratu
gravamen Ecc
ens in cap. 1.
actus indicant
in 6.
Quinta & ultim
za, id eſt, ut
requiriti abſqu
quantum au
requiritur, di
modo præter vel c
Principe vel
poſſit reſiſtere
opus certum à le
opus, ut Princeps
ſuo conſenſu
arbitrio ſpecta
eſt determinan
Theol. Sc

sicut enim ad inductionem scriptæ legis requiritur intentio obligandi, ita etiam ad legem consuetudinariam & ex hoc capite consuetudines ortæ ex devotione populi non obligant, nec vim legis habent. Exempla sunt: consuetudo se muniendi signo S. Crucis, orandi in meridie aut vesperi ad pulsum campanæ, accipiendi sacros cineres in die Cinerum, aquam benedictam in ingressu templi.

Quarta Conditio: ut sit rationabilis; tunc consuetudo in genere est rationabilis, quando est talis, ut iusta censeretur & obligaret, si pro lege esset statuta; in specie illa consuetudo rationabilis est, quæ non est contraria juri naturali, nec juri divino positivo, nec Religioni adversatur, nec est contra libertatem Ecclesiæ nec licentiam & occasionem peccandi præbet, nec bono communi & publico est noxia, nec à Jure specialiter est reprobata. Exempla consuetudinum à jure specialiter reprobatarum sunt: consuetudo directè magnum gravamen Ecclesiis vel aliis personis Ecclesiasticis inferens in cap. 1. de consuet. Consuetudo quâ Clero collectas indicant sæculares in cap. quanquam 4. de Cens. in 6.

Quinta & ultima Conditio est: ut sit legitimè præscripta, id est. ut per cursum temporis ad præscriptionem requisiti absque interruptione sit completa & perfecta; quantum autem temporis ad hanc præscriptionem requiratur, distinguendum est: in primis, si consuetudo præter vel contra legem inducatur viâ conniventis Princeps vel superiore sciente & tacente, cum facile possit resistere & contradicere, non est necessarium tempus certum à lege definitum, sed sufficit tantum tempus, ut Princeps censeatur consuetudinem permittere & suo consensu particulari approbare, quod prudenti arbitrio spectatâ materiâ legis aliisque circumstantiis est determinandum. Deinde ad consuetudinem

contrà vel præter legem civilem Principe ignorante viâ præscriptionis inducendam sufficit decennium : quia jure civili requiritur longum tempus, vel ut consuetudo sit longæva : longum autem tempus in jure civili censentur 10. anni. ut constat ex §. 2. inst. de usucap. lib. 2. tit. 6. & toto tit. 33. lib. 7. de præscript. long. temp. quod valdè probabiliter extenditur ad consuetudinem contrà vel præter legem Canonica[m] inducendam. *Nec obest*, quod in præscriptione rerum immobilium ad Ecclesias pertinentium requiratur tempus 40. annorum, leges autem videantur esse res immobiles Ecclesiæ. Disparitas enim est : quod præscribendo bona præscribens Ecclesiam damnificet, & ita præscriptio contrà Ecclesiam in bonis vel juribus Ecclesiæ est damnosa Ecclesiæ, dum Ecclesiam invitam bonis suis & juribus privat, sed præscribens consuetudinem contrà vel præter legem Ecclesiasticam aliam ordinationem etiam ad bonum commune inducit, quæ non est Ecclesiæ damnosa, quia non fit invito Legislatore, sed illo vel personaliter vel legaliter consentiente. Demum ad inducendam consuetudinem viâ præscriptionis, cui jus vel ipsa lex resistit, non quidem omninò reprobando tanquam irrationabilem aut corruptelam : nam talis consuetudo nullo unquam tempore etiam immemoriali præscribi potest ; sed quia expressè lex talem consuetudinem prohibet, tunc non sufficit etiam tempus longissimum 40. annorum sine titulo, sed requiritur præterea titulus vel præsumptus vel coloratus, vel tempus de cujus initio memoria non extat, quod instar tituli est, dummodo sit capacitas possidendi in communitate consuetudinem præscribente.

Q. I. An ad consuetudinem contrà legem inducendam requiratur bona fides? ratio dubitandi est, quia consuetudo legem abrogans debet esse præscripta : ad præscriptionem autem requiritur bona fides in præscribente ;

De Oblig. t
Distingued
Princi
bona fides : r
præscriptum cor
autem
legem igno
bona fides, qui
erere potest j
nam primi, c
mò malam fi
m, qui securi h
observant, eò c
possint antecel
vili legem, po
bona fide ab a
rationabili cau
a
fundamentum op
requeant per n
onunt causa cor
us legalis Princip
vili legi, ità co
rationabili ; at
fide exerceantur
ob illud, quod
fide, sed ad boni
ducto actus sub
vix legis abro
R. J. 2. in 6. p
vuntur jura & bo
damno aliis auf
vissent ; sed lex fi
um commune se
lex longo temp
vraa non fuerit

R. Distinguendo : si consuetudo inducatur viâ
 conniventiaë Principe sciente & tolerante, non requi-
 tur bona fides : tunc enim non per præscriptionem
 sed per tacitum consensum Principis novo modo jus
 inducitur ; si autem inducatur consuetudo contra vel
 præter legem ignorante Principe, probabiliter requiri-
 tur bona fides, quia sine hâc nulla præscriptio incipere
 vel currere potest juxtâ R. 2. J. in 6. Et juxtâ hanc
 sententiam primi, qui contra legem faciunt, præscrip-
 tionem ob malam fidem inchoare nequeunt, posteri
 tamen, qui secuti horum exemplum bonâ fide legem
 non observant, eò quod existimare & in dubio præsu-
 mere possint antecessores habuisse justam causam non
 servandi legem, possunt præscriptionem inchoare vel
 quasi bonâ fide ab antecessoribus inchoatam (si fortè
 sine rationabili causa legem non servaverunt) conti-
 nuare.

Fundamentum oppositæ sententiæ est : actus malâ
 fide frequentati per majorem partem communitatis de
 se non sunt causa consuetudinis, sed vi accedentis con-
 sensûs legalis Principis ; sicut enim consensus expressus
 dat vim legi, itâ consensus legalis dat vim consuetu-
 dini rationabili ; atqui ad hunc consensum perinde est,
 quâ fide exercentur actus consuetudinem inducentes,
 modò illud, quod ex talibus actibus sequitur, malum
 non sit, sed ad bonum communitatis ordinatum, quo
 introducto actus subsequentes non mali sed boni sunt ;
 & aliàs vix legis abrogatoria consuetudo introduci pos-
 set. R. J. 2. in 6. præcedit de præscriptione, quâ ac-
 quiruntur jura & bona privata ; hæc enim sæpe cum
 gravi damno aliis auferrentur, si cum malâ fide præscri-
 bi possent ; sed lex sive scripta, sive non scripta cedit in
 bonum commune subditorum, quorum utilitati servit,
 ut, si lex longo tempore licet cum malâ fide à subditis
 observata non fuerit, ejus abrogationi Princeps consen-
 tiat.

Q. 2. Lex sæpe revocat consuetudinem per has similesque particulas : *non obstante quâlibet contrariâ consuetudine* : quid tunc juris ?

R. I. Si lex sit revocatoria consuetudinis per Clausulam generalem : *non obstante consuetudine contrariâ* ; tunc quidem revocata est consuetudo præexistens tali legi , hoc tamen non obstante lex illa abrogari potest per subsequentem consuetudinem , quia lex revocando disponit de præteritis , quæ legi obstare possunt. Exemplum est in Clem. statutum 7. de Elect. J. G. V. consuetudine.

2. Si lex non solum revocet consuetudinem præexistentem , sed etiam consuetudinem futuram per similem clausulam : *non obstante quâcunque consuetudine contrariâ in futurum* ; adhuc lex abrogari potest per subsequentem consuetudinem immemoriam ; Ratio est : quia consuetudo immemorialis majoris est potentia ideoque ad illam impediendam specialis requiritur derogatio.

3. Si lex non tantum prohibeat consuetudinem , sed illam etiam damnet tanquam iniquam & irrationabilem tunc nulla consuetudo etiam immemorialis legi prævalere potest , nisi variatis circumstantiis tanta sit facta mutatio , ut ipsa consuetudo fiat rationalis. Ratio hujus Exceptionis est : quia lex non semper reprobat consuetudinem contrariam propter intrinsicam illius malitiam & repugnantiam cum lege divinâ vel naturali , sed quia censetur ita sæpius expedire Ecclesiæ ob vitanda gravia incommoda ; ergo potest fieri , quod consuetudo , quæ uno tempore erat irrationabilis , ideoque à lege reprobata , postea mutatis circumstantiis fiat rationalis.



QUÆSTIO IV.

An lex cessare possit per Epikeiam, dispensationem & privilegium?

EPikeia quasi supra justum: nihil aliud est, quam prudentialis legis sive voluntatis ipsius legem ferentis interpretatio, secundum quam interpretamur hunc vel illum casum particularem sub lege non comprehendit.

Dispensatio est relaxatio legis authoritativa in particulari casu vel pro particulari personâ manente obligatione legis quoad reliquam communitatem, unde dispensatio ad superiorem, Epikeia verò ad cujuslibet prudentiale iudicium pertinet.

Privilegium, quasi lex privatorum sive privata, est favor quidam non ad tempus vel ad unum casum sicut dispensatio neque particulari tantum personæ sed sæpe certo personarum generi de se in perpetuum factus, vi cuius licent ea, quæ aliàs de jure communi sunt prohibita vel non concessa.

DICO I. *Ad Epikeiam pertinet aliquid moderari scilicet observantiam verborum legis. S. Th. 2.2. Q. 120. a. 2. ad 3.* Sive: per Epikeiam cessat lex humana non quidem universaliter, nisi fieret universaliter noxia aut inutilis, sed in particularibus casibus.

Probat: deficiente conditione ad legis humanæ valorem & obligationem requisitâ cessat obligatio legis humanæ; atqui, quando prudenter interpretamur legem humanam esse noxiam aut inutilem pro particulari casu, deficit conditio ad legis humanæ valorem & obligationem requisita, ut Legislatores humanus vel non possit vel non velit obligare: quia cum Legislatores humanus legem ferat de iis, quæ communiter accidunt, nec omnes particulares casus possit lege comprehendere aut prævidere, adveniente casu, quo

lex aut esset iniqua aut nimis difficilis, prudentia dicitur, ut judicemus & interpretemur legem non obligare, eò quod Legislatores aut non potuissent aut noluisset obligare, si hunc casum prævidisset. Unde si vel præceptum juris divini vel naturalis observantiæ legis humanæ obstat vel adsit periculum mortis alteriusve gravis mali juxta supra dicta, vel aliàs ex conjecturis prudenter colligi possit, intentionem Legislatoris ad hunc casum non extendi, cessat lex per Epikeiam.

Q. An etiam in lege naturæ Epikeia locum habeat?

R. 1. In lege naturæ non datur Epikeia propriè dicta, quia talis est emendatio legis, ubi lex deficit: cum enim lex debeat esse universalis, & Legislatores singulos casus prævidere nequeat, quandoque contingit, quod erret, & tunc utimur interpretatione prudentiali legis, eò quod si Legislatores adesset, in tali casu non voluisset obligare ut jam dictum est; atqui emendatio legis, ubi lex deficit ob universalitatem, non habet locum in lege naturali: quia hæc nullibi deficit non excipiendo casus excipiendos: cum lex naturæ illa tantum præcipiat, quæ sunt necessariò præcipienda, illa tantum prohibeat, quæ sunt necessariò prohibenda; & legis naturæ Author est Deus, qui non potuit non prævidere omnes circumstantias; aliud est in Legislatore humano, qui, cum omnes circumstantias prævidere non potuit, fert legem universalem propter ea, quæ ut plurimum accidunt, quare in particulari contingenti, si aliter accidat, judicandum ex æquo & bono, an in illo casu particulari voluerit obligare, nec ne.

2. In lege naturæ quandoque interpretatio simplex locum habet: quia illa est Legis in casibus obscuris explicatio & declaratio; sed in lege naturæ opus est declaratione & explicatione: non enim cuivis est obvium,

Oblig. &
 quæ particular
 ter naturalis jub
 bus autem cir
 que autem sint
 norum ex solâ te
 pus est declara
 quam alii vocat
 D. 2. Ille, qui
 epikeiam dispen
 sationi innotuitur,
 in quibus lex de
 legis non servet
 tur & explicat
 nos causis, & in
 Legislatores ejusqu
 ratione superior p
 dispensare. Ratio
 tota legis obliga
 monico potest di
 pus diocesanis;
 requiritur legitim
 ritas & utilitas.
 m. 3. Virtus er
 vultum diffensio
 passillorum. 6.
 modo delinquenti
 malignitas durio
 legitimâ causâ e
 lict. sess. 25. de
 Sicut publice ex
 tur, ut plenius et
 in communi utilis
 plere exemplo
 in verumque dele

on & quas particulares circumstantias comprehendat, ut: Lex naturalis jubet servari commissum secretum; in aliquibus autem circumstantiis illud non est servandum, quæ autem sint illæ circumstantiæ, non est omnibus notum ex solâ terminorum apprehensione; ergo tunc opus est declaratione & interpretatione simplici legis, quam alii vocant Epikeiam impropriè dictam.

DICO 2. *Ille, qui habet regere multitudinem, habet potestatem dispensandi in lege humanâ, quæ suæ authoritati innititur, ut scilicet in personis vel in casibus, in quibus lex deficit, licentiam tribuat, ut præceptum legis non servetur* S Th. hic Q 97 a. 4. O.

Probatum & explicatur conclusio ostendendo: qui ex quibus causis, & in quibus legibus dispensare possint.

1. Legislatores ejusque successores & quilibet utroque in jurisdictione superior potest in lege propria & inferiorum dispensare. Ratio est: quia ab horum arbitrio pendet tota legis obligatio & efficacia; ideoque in toto jure Canonico potest dispensare S. Pontifex, Episcopus in legibus diœcesanis; ut autem talis dispensatio sit licita, requiritur legitima causa, quales præcipuè sunt
 1. necessitas & utilitas. 2. mutatio temporum & personarum. 3. Virtus eminens &abilitas supplicantis. 4. Periculum dissensionum & publici damni. 5. Scandalum pusillorum. 6. Simplicitas delinquentis. 7. Multitudo delinquentium. 8. Temporum & hominum malignitas duriora aspernantium. Quod autem absque legitimâ causâ dispensare sit illicitum demonstrat Trid. sess. 25. de reform. cap. 18. in hunc modum: *Sicut publice expedit, legis vincula quandoque relaxare, ut plenius evenientibus casibus & necessitatibus pro communi utilitate satisfiat: sic frequentius legem solvere exemploque potius, quam certo personarum rerumque delectu petentibus indulgere, nihil*

aliud est, quam unicuique ad leges transgrediendas aditum dare. Quapropter sciant universi sacratissimos Canones exactè ab omnibus & quoad eius fieri potest, indistinctè observandos, quod siurgens iustaque ratio & maior quandoque utilitas postulaverint, cum aliquibus dispensandum esse, id causâ cognitâ ac summâ maturitate atque gratis à quibuscunque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum: aliterque facta dispensatio subreptitia censeatur.

2. Inferior regulariter in Lege superioris non potest dispensare. Ratio est: quia inferior nequit relaxare jura superioris, ideoque dispensatio inferioribus est prohibita, nisi reperiatur specialiter & expressè concessa. Dixi regulariter: sunt enim aliqui casus, in quibus inferior in lege superioris possit dispensare scilicet sequentes: 1. mò. Si materia sit levis & frequenter occurrat; quia non est verisimile Principem velle, ut in rebus parvi momenti, aut, quæ ob frequentiam ad jurisdictionem ordinariam necessariæ sunt, multoties ad ipsum principem recurratur, ideoque ut praxis docet, Episcopi rectè dispensant in jejuniis festis & aliis pertinentibus ad præcepta Ecclesiæ, quæ frequenter accidere consueverunt. 2. dò. Si urgeat necessitas dispensandi, ac sit periculum in mora, nec facilis habeatur recursus ad superiorem, tunc enim per æquam interpretationem inferior dispensare potest: cum non præsumatur Principem posuisse rigorosam se accedendi obligationem, nisi aliter constet, in tali necessitate. 3. tiò. Si dubitetur, an casus dispensatione indigeat, cum enim hujusmodi dubia frequenter accidunt, reputantur inter illos casus, qui frequenter accidunt, & in quibus inferiori ex probabili interpretatione voluntatis superioris dispensatio est permessa. 4. tò. Si habeatur privilegium aut extet consuetudo in certâ aliquâ materiâ dispensandi, sic de facto Parochi dispensant cum suis Parochia-

OLIG. &
 ut die fel
 in opera servili
 cessione, ita
 dicitur: disp
 Episcopalem
 intelligitur in
 illent superflua
 superioris ab inf
 a fiat, illa non
 eo quod super
 inferiori dispen
 Nullus Legislator
 inâ & naturali.
 ad 3. Ad lege
 in, sicut person
 tur. Unde sic
 dispensare, nisi ill
 is, cui ipse com
 quasunt à Deo
 tur, cui ipse speci
 inâ vel natura
 dispensare possit
 tum mutare, sic
 est: v.g. de jure t
 na est à jure gen
 jure naturali pe
 que communio bo
 prim introducta
 natus, quæ voy
 inâ & naturali,
 voluntate homini
 est: cum enim vol
 summo Ponti
 est, inò cum ve

rochianis, ut die festo occurrente aliquâ necessitate quædam opera servilia exercere possint. Et ex generali juris concessione, ita quotiescunque in Canonibus indefinite dicitur: dispensari posse: talis potestas Episcopis & Episcopalem potestatem & jurisdictionem habentibus intelligitur indulta: quia alioquin hujusmodi verba fuissent superflua; hoc tamen advertendum: si in lege superioris ab inferiore dispensatio absque legitimâ causâ fiat, illa non tantum est illicita sed etiam invalida, eò quod superior non censeatur dare facultatem inferiori dispensandi in lege suâ absque justâ causâ.

3. Nullus Legislator humanus potest dispensare in lege divinâ & naturali. Rationem dat D. Ang. hic q. 97. a. 4. ad 3. *Ad legem divinam ita se habet quilibet homo, sicut persona privata ad legem publicam, cui subicitur. Unde sicut in lege humanâ publicâ non potest dispensare, nisi ille, à quo lex Authoritatem habet, vel is, cui ipse commiserit: ita in Præceptis juris divini, quæ sunt à Deo, nullus potest dispensare, nisi Deus vel is, cui ipse specialiter committeret.* Licet verò in lege divinâ vel naturali nullus Legislator humanus propriè dispensare possit, attamen potest jus naturale permissivum mutare, sicuti in multis per homines mutatum est: v.g. de jure naturali permissivo est libertas, quæ ablata est à jure gentium per introductionem servitutis; de jure naturali permissivo omnia sunt communia, quæ communio bonorum per divisionem rerum jure gentium introductam est sublata. Deinde in votis & juramentis, quæ voventes & jurantes obligant ex lege divina & naturali, quæ obligatio tamen ortum ducit ex voluntate hominis dispensare potest S. Pontifex. Ratio est: cum enim voluntas hominis voventis & jurantis subsit summo Pontifici, orta ex eâ obligatio eidem subest, imò cum vota & juramenta sub hâc con-

ditione tacitâ emittantur, ut potestati & dispensationi humanæ subiaceant, idque in majorem Dei Gloriam & Reipublicæ bonum cedat, adsit dispensandi consuetudo & usus perpetuus, in his ex causâ rationabili dispensare potest summus Pontifex aliquæ Prælati, quibus S. Pontifex id concedit. Præterea Papa vel alius Princeps dispensare potest in quibusdam conclusionibus, quæ ex naturalibus Principiis deducuntur, non tamen necessariò, sed dependenter à voluntate humanâ. Sit pro exemplo: Lex jubens furem esse extremo supplicio afficiendum fundatur in jure naturali, potest tamen Princeps furem à supplicio liberare, sed hoc modo dispensat solum in lege humana. Sicut etiam S. Pont. potest dispensare in præceptis Apostolicis, quæ scilicet non proximè ex lege naturali vel divinâ sed humanâ potestate ab Apostolis sunt constituta; sic ex traditione Apostolica Bigamus non debet ordinari & tamen S. Pont. potest in hâc irregularitate dispensare, licet vix dispenset. Denique potest S. Pont. legem naturalem vel divinam, cum dubia est, interpretari & in aliquo particulari eventu, an obliget, authoritativè declarare; sic Episcopi & Parochi jure divino obligantur residere; jure naturali in contractu mutui prohibitum est aliquid ultrâ sortem exigere; si verò oriatur dubium in casu particulari, an hic & nunc sit obligatio residendi, an in casu particulari sit titulus sufficiens aliquid ultrâ sortem accipiendi; oportet esse aliquem judicem vel interpretem, qui mentem legis explicet. Et hic est supremus Christi in terris Vicarius.

4. Subjectum dispensationis est subditus, cum quo dispensatur. Ratio est: quia dispensatio est actus jurisdictionis voluntariæ, ideoque superioritatem in dispensante & subjectionem ex parte dispensati importat; an autem superior vel is, qui ex delegatione superioris potestatem dispensandi in lege habet secum directe

dis-

Oblig. &
 esse possit? affi
 ubi voluntaria
 alteritatem po
 distinctio,
 ratione muner
 duplex in eâ scilicet
 interdicitur. It
 vider solutus leg
 bnto dispensare
 dispensandi com
 103, Quada
 in ad aliquid: e
 casus leges privat
 Th. hic Q. 96.
 tantum, quoad c
 tantum cessat lex p
 tur ex ipsâ noti
 tale aliquid be
 us; atqui per il
 tunc sed aliquib
 leg. erimuntur,
 privilegium non cel
 casus singulare in
 torem à legitim
 no variè dividunt
 pientes divisione
 in privilegium re
 proximè & direc
 us, dignitati; qua
 legi in personam,
 Privilegium person
 que personæ confer
 tantum privilegium
 ad verba Privil

XX.
dispensationi
Dei Gloriam
sandi consue-
tionabili dif-
creti, qui-
papa vel alius
a conclusioni-
acuntur, non
tate humanâ,
extremo sup-
rali, potest ta-
, sed hoc mo-
etiam S. Pont.
is, quæ scili-
sed humanâ
ex traditione
& tamen S.
sate, licet vir-
gem naturalem
ari & in aliquo
oritative decla-
ino obligantur
tui prohibitum
oriatur dubium
obligatio res-
us sufficiens ab-
esse aliquem
egis explicet
ius,
bditus, cum quo
atio est actus ius-
rioritatem in
spensati importat
legatione super-
abet secum direc-

DE OBLIG. & CESSATIONE LEGUM. 491
dispensare possit? affirmativa est valdè probabilis; quia
iurisdictio voluntaria non requirit realem distinctio-
nem & alteritatem personarum, sed sufficit moralis
voluntatis distinctio, secundum quam una & eadem
persona ratione munerum diversorum, quæ exercet, est
quasi duplex in eâ scilicet materiâ, in quâ id speciali-
ter non interdicitur. In praxi videtur ex æquitate natu-
rali superior solutus lege, si adsit talis causa, ob quam
cum subdito dispensare possit; aut potest alteri facul-
tatem dispensandi committere, qui dispense cum su-
periore.

DICO 3. *Quedam sunt, quæ sunt communia
quantum ad aliquid: & huiusmodi dicuntur privile-
gia, quas leges private, quia respiciunt singulares per-
sonas S. Th. hic Q. 96. a. 1. ad 1. sive: non simplici-
ter sed tantum, quoad certum genus personarum rerum
vel causarum cessat lex per privilegium.*

Probatum ex ipsâ notione Privilegii, quo concedi-
tur speciale aliquod beneficium certis Personis rebus
vel causis; atqui per illud, quo conceditur non toti
communitati sed aliquibus tantum speciale beneficium,
quo à lege eximuntur, non cessat lex simpliciter: ergo
per privilegium non cessat lex simpliciter: cum privile-
gium sit jus singulare in certâ alicujus personæ, rei vel
causæ favorem à legitimo superiore concessum.

Porro variè dividuntur privilegia; communiores
sunt sequentes divisiones.

1. In privilegium reale & personale, reale est:
quod proximè & directè confertur alicui rei, loco,
muneri, dignitati; quamvis consequenter utilitas talis
privilegii in personam, quæ talem rem habet, redun-
det; Privilegium personale est, quod proximè & im-
mediatè personæ confertur in favorem ipsius. Ad dis-
cernendum privilegium reale à personali, attenden-
dum est ad verba Privilegii; si illa dirigantur in perso-
nam

nam nominatim, est privilegium personale. Si non dirigantur in personam nominatim sed personam habentem talem rem, administrantem tale officium &c. est privilegium reale. Exemplum est in cap. mandata 6. de præsumpt.

2. In privilegium gratiosum, remuneratorium & conventionale: *gratiosum est*: quod gratis tribuitur nullâ habitâ ratione meritorum, vel obligatione reciproci privilegiati: *remuneratorium est*: quod ratione meritorum privilegiati vel alterius confertur. *Conventionale est*: quod datur interveniente pacto vel conventionione, aut impositâ reciproci obligatione privilegiati.

3. In favorabile & odiosum: *favorabile est*, quod confert privilegiato favorem absque ullo incommodo & præiudicio alterius; *odiosum est*: quod uni confert favorem & alteri præiudicium; v.g. Privilegium exemptionis ab onere solvendi decimas in præiudicium decimatoris.

4. In privilegium affirmativum & negativum: *affirmativum* verbis affirmativis conceptum tribuit facultatem aliquid faciendi: ut cudendi monetam, exercendi Pontificalia &c. *Negativum* privativis verbis conceptum liberat ab onere v.g. tributorum, solvendarum decimarum &c.

5. In privilegium in corpore Juris clausum, & non clausum: *clausum* vocatur, quod inter alias Leges & Canones corpori Juris est insertum: ut immunitas Ecclesiastica, Privilegium fori & Canonis, privilegia pupillorum & minorennium; *non clausum* vocatur privilegium datum per speciale rescriptum certæ personæ vel communitati corpori Juris non insertum.

Q. 1. Quot modis acquiritur privilegium?

R. Tribus potissimum modis concessione, communicatione, consuetudine, sive præscriptione: *Con-*
cessio

cessio privilegii est actus, quo sine respectu ad aliud privilegium præexistens jus aliquod singulare conceditur, & hoc fit vel ad preces impetrantis, & tunc attendendum: an preces veritate nitantur, aliàs privilegium est nullum arg. cap. fin. de fil. presb. in 6. vel datur ex motu proprio, & tunc quidem concessio privilegii est firmior & validior, potest tamen vitium obvel subreptionis objici, præsertim si vitium personæ adhareat. Hæc concessio potest fieri ab omni & solo illo, qui potest legem condere: quia privilegium est lex privata. Ideò S. Pontifex in materia spiritali in totâ Ecclesiâ, in materia temporalis in suo territorio privilegia concedere potest. Episcopi & Prælati inferiores respectivè & proportionaliter ad materiam illis subjectam privilegia concedunt; sicut autem privilegiorum concessio ex parte concedentis exigit superioritatem, ità ex parte recipientis requirit aliquam subjectionem. Cum etiam privilegium sit aliquod beneficium, illud recipiens debet esse capax suscipiendi talem gratiam alias ipsi non debitam. *Communicatio privilegiorum* est: quando concessio privilegii extenditur ad nova subjecta, ità, ut quod prius uni concessum est etiam alteri concedatur; ità unus ordo mendicantium communicat in privilegiis cum aliis ordinibus non mendicantium, & plures ordines non mendicantes communicant in Privilegiis cum mendicantibus. Ità quoque Congregatio Bursfeldensis Ord. S. B. per Germaniam communicat in privilegiis cum congregatione Cassinensi vel S. Justinæ de Padua vi Bullæ, quæ incipit: *Regis pacifici* de anno 1458. sic universitas Colonien-sis erecta est ab Urbano VI. ad instar universitatis Parisiensis & in ejusdem Privilegiis communicat. Hæc communicatio potest fieri absolutè seu *ad instar*, vel limitatè & ex parte. Ideò tenor communicationis est attendendus, In Communicatione absolutâ communi-

cans participat omnia privilegia communicati eo modo, quo de facto communicatus habet vel habuit, non tamen in iis Privilegiis, quæ post communicationem sunt concessa, nisi communicatio expressè ad futura extenderetur. Ea tamen Privilegia sub communicatione non comprehenduntur, quæ alicujus propriæ observantiæ obsunt: quia summus Pontifex illis non intendit Religionem destruere, sed potius fovere; comprehendit etiam communicatio Privilegiorum penas pro aliquo ordine ex peculiari privilegio taxatas, si istæ sint quidem in odium omnium Religiosorum delinquentium, sint tamen in favorem Religionis, secus est, si ipsi etiam Religiosæ communitati sint odiosæ: in posteriori enim casu habent rationem odii, in priori favoris. Idem dicendum probabiliter de indulgentiis licet non fiat earum sub nomine indulgentiæ expressa mentio, modo utatur Pontifex verbo: *Gratia*. Demum si aliquod privilegium competat alicui ordini cum restrictione v.g. Privilegia societatis Jesu data ex decreto Greg. XIII. habent limitationem, ut iis uti non possint independenter à præposito Generali ejusdem societatis, tunc ista restrictio non habet locum in communicatione aliis ordinibus factâ, ita ut ejusmodi Ordinum Religiosi possint iis uti, licet ipsis communicata non fuerint à suo superiore regulati: quia illa restrictio est ex speciali conditione Regiminis societatis Jesu; ergo non debet extendi ad alios Ordines, quibus fit communicatio, nisi in simili dependentiâ à præposito suo Generali essent pares in regimine societati Jesu. Si autem in communicatione vel in confirmatione Privilegiorum addatur hæc Clausula: *quatenus sacris Canonibus & decretis Concilii Tridentini non adversentur*, particula: Et sumitur copulativè, ut nomine sacrorum Canonum non intelligantur inserti in Corpore Juris sed inserti in Concilio Tridentino, ita Reding cum aliis quos citat.

Di-

Oblig. &
 inveniundo ve
 super quibusd
 concedi per pri
 ratione vel consi
 sunt exempla ca
 de auth. & u
 memorialis, q
 vim Privilegii
 in 18, de prælo
 Quæ sit mat
 Materia Privi
 istus dicitur, i
 medat aliquid ul
 regium, 2dò.
 quous privilegi
 communem non p
 per specialem pri
 2dò, *iusus* sc
 moderatum gra
 illud sustine
 forma privilegii r
 abilis causa ad
 tur; si enim de
 contra justiciam
 iustitiam legaleit
 per Privilegium
 qui bono corr
 itiam distributiva
 rum, si superr
 mens favores absq
 pertinet largiat
 tal probationem p
 privilegii suffici
 exempla in Clem
 & extray, et si s.

Demum *consuetudo vel præscriptio* privilegio æquiparatur cap. super quibusdam 26. de V. S. J. G. Hinc quod potest concedi per privilegium, potest etiam acquiri præscriptione vel consuetudine, nisi jus specialiter resistat ut sunt exempla cap. quanto 4. de consuet. cap. extuarum 5. de auth. & ul. pall. quo tamen casu consuetudo immemorialis, quæ præsumitur fundari in privilegio, vim Privilegii habet: ut est exemplum in cap. cum olim 18. de præscrip.

Q. 2. Quæ sit materia & forma Privilegii?

R. 1. Materia Privilegii est favor specialis rationalis & justus dicitur. 1^o. *Specialis*: quia si privilegium non concedat aliquid ultra vel præter jus commune, non est privilegium. 2^{do}. *Rationabilis*, ita ut supposito privilegio usus privilegii sit licitus, sicut enim per legem communem non potest præcipi illicitum, ita nec per legem specialem privilegii potest concedi aliquid illicitum. 3^{ti}o. *Justus* scilicet respectu aliorum, ut nullum vel moderatum gravamen contineat, ut rationabiliter alii ad illud sustinendum obligari possint.

2. Forma privilegii requirit tria: 1^o modo ut adsit justa & rationalis causa ad minus, ut Privilegium licite concedatur: si enim detur absque causa Privilegium, peccatur contra justitiam vel legalem, vel distributivam, contra justitiam legalem peccatur, quando aliquis eximitur per Privilegium ab obligatione legum communium, qui bono communi in aliis non servit. Contra justitiam distributivam peccatur, quia fit acceptio personarum, si supremus Princeps uni subditorum præ cæteris favores absque causâ rationali ad hos favores pertinente largiatur. 2^{do}. Ut adsit scriptura saltem ad probationem privilegii, quamvis per se ad valorem privilegii sufficiat vivæ vocis oraculum: ut sunt exempla in Clem. dudum 2. de sepult. §. hos stenim, & extrav. etsi 5. de pœnit. & remis, ibi; *Fa-*
ent;

eultatum per nos vel auctoritate nostrâ concessarum tam verbo quam in scriptis, confectis exinde litteris vel non, ita Regularibus inveniuntur concessa plura viva vocis oracula à summis Pontificibus, quæ tamen modo à successoribus videntur revocata, 3^o id. Ut insinuetur imprimis illis, in quorum præjudicium privilegium est concessum: quia non est præsumendum, Principem voluisse aliquem inscium suo jure private; Deinde etiam aliis, ne in privilegii usu impediunt privilegiatum: eum privilegium respectu illorum habeat rationem legis, Lex autem debet esse manifesta ex dictis supra, ante omnia tamen insinuatio facienda est privilegiato sub hâc notabili differentiâ: si Privilegium sit concessum ad instantiam privilegiati, habet effectum à die concessionis, secundum stylum Romanæ Curix à die datæ, unde, quamvis privilegiatus non sciat concessionem privilegii, si privilegio est usus post diem datæ, actus est validus; si verò privilegium sit datum motu proprio parte non instante, privilegiatus illo utendo nulliter agit: quia privilegii concessio habet se instar donationis, in quâ requiritur utriusque partis consensus, ideoquè, si consensus privilegiati concessionem privilegii non præcedit, privilegium nullum adhuc habet effectum.

Q. 3. Qualiter privilegia sint interpretanda?

R. Si verba Privilegii sint obscura & ambigua, interpretatio authoritativa pertinet ad privilegiantem. ut dictum est supra de interpretatione legum, hinc solus Papa de dubiis ortis circa privilegia Apostolica cognoscit cap. cum venissent 12. de jud. interpretatio verò doctrinalis est facienda hoc modo: 1^o mò. Privilegia purè favorabilia: hoc est: quæ non cedunt in alicujus præjudicium, latè sunt interpretanda juxtà cap. quia circa 22. de privil. & R. 15. de RR. J. in 6. 2^o d^o. Privilegia derogantia juri communi regulariter sunt strictè in-

ter-

Oblic. &
 rationis, & po
 cum dilectus
 nullo privilegii
 es, causæ piæ &
 tantum motu pr
 in 6, quamvis v
 id tamen ita fa
 privilegium inu
 propriam vert
 Quibus co
 Privilegium mini
 fiam saltem gen
 vultum, quamv
 lare 9. de privil.
 privilegii non con
 Atamen usus
 concessorum con
 Cardinalatum, E
 tummodo usus ill
 tum quia tales a
 privilegii compe
 in illis adhuc
 privilegia sunt co
 tum. 2^o d^o. Co
 quæ tales in favorat
 1^o id. Competit
 quoniam concessori
 quod tale privilegii
 in favorabilibus sub
 que etiam sexus scer
 quorum adaptabiliu
 Monasterii, qui ni
 nobiles aluntur ac
 moralitio, talia
 Theol. Schol.

interpretationis, & potius restringenda quam extendenda cap. cum dilectus 8. de consuet. & R. 28. de RR. J. in 6. nisi privilegium concessum cedat in favorem Religionis, causæ piæ &c. aut sit clausum in corpore juris, aut sit datum motu proprio arg. cap. si motu 23. de præb. in 6. quamvis verò privilegia odiosa sint restringenda, id tamen ita faciendum est, ut restrictio non reddat privilegium inutile & inefficax, aut restringatur ultra proprietatem verborum.

Q. 4. Quibus competat usus privilegii ordini concessi?

Privilegium minimè est extendendum de personâ ad personam saltem generaliter non expressam, aut de casu in casum, quamvis sit utrobique rationis paritas: ex cap. sanè 9. de privil. cujus ratio est: quia vis & efficacia privilegii non consistit in ratione sed in voluntate dantis. Attamen usus privilegiorum ordini sive Religioni concessorum competit 1. modo. Religioso promotus ad Cardinalatum, Episcopatum, aliamve dignitatem, dummodo usus ille non cedat in damnum Religionis: tum quia tales adhuc subjacent oneribus ordinis seu Religionis compossibilibus cum illo novo statu; tum quia in illis adhuc subsistit causa principalis, ob quam privilegia sunt concessa utilitas scilicet Ecclesiæ & animarum. 2. modo. Competit etiam novitiis Religionis: quia tales in favorabilibus veniunt nomine Religiosi. 3. modo. Competit monialibus usus privilegiorum congruentium concessorum viris, modo non exprimitur, quod tale privilegium præcisè concedatur viris: quia in favorabilibus sub masculino nomine comprehenditur etiam sexus fœmininus. 4. modo. Competit usus privilegiorum adaptabilium famulis ac familiaribus alicujus Monasterii, qui nimirum ejus expensis tanquam commensales aluntur ac ex auctoritate Prælati inferviunt monasterio, talia privilegia sunt de recipiendis

Sacramentis ipsa etiam extremâ unctione independenter à Parocho & de lucrands indulgentiis, de conversis idem est à potiori, cum sint veri Religiosi s^{to} non competit usus privilegiorum Ordinis Apostatis, qui recedunt à Religione & sub prætextu Professionis nulliter factæ habitum dimittunt Con. Trid. sess. 25. de regular. cap. 19. neque competit legitimè ejectis, ratio est: quia non amplius tenentur observantiis regularibus, consequenter etiam non debent frui Religionis commodis seu privilegiis. s^{to}. Potest privilegiatus Ordo uti privilegio adversus alium habentem simile Privilegium. v.g. duæ Religiones sunt pares in privilegio v.g. non solvendi decimas, una contra aliam gaudebit suo privilegio de non solvendis alteri decimis, nec poterit alterutra exigere ab alterâ decimas, etiam si habeat contra alios jus decimarum, similiter si duæ Religiones æquè gaudeant privilegio, ut professus non possit transire ad alteram, mutuò gaudent privilegio contra se invicem tenenturque sibi mutuò illud servare, simile est in Clerico, qui obligatur servare privilegium Canonis respectu Clerici pariter privilegiati. Sed si Religiones vel ordines obtineant privilegia contraria hæ regulæ sunt servandæ: si privilegia sint imparia, præfertur majus minori. Si unus sit dupliciter privilegiatus, tunc ille præferendus est, Qui agit de damno vitando, est illi, qui agit de lucro acquirendo præferendus, habens Privilegium speciale præfertur habenti privilegium generale. Privilegio cui assistit jus commune, cedit illud, cui non assistit jus commune.

Q. 5. Quanto tempore præscribitur contra Ecclesiæ privilegium

R. Hodie non nisi tempore 40. annorum, sicut enim bona immobilia Ecclesiæ non amittuntur, nisi sit præscriptio 40. genaria, ità etiam jura Ecclesiæ, inter quæ numerantur privilegia non minore

tem.

DE OBLIG. & CESSATIONE LEGUM. 499
tempore amittuntur cap. accedentibus 15. de pri-
vil.

Q. 6. Quem effectum habet innovatio privile-
giorum?

R. Sicut confirmatio ità etiam innovatio privilegii
alia fit in forma communi, alia ex certâ scientiâ, præviâ
cognitione; prior innovatio non facit novum jus, sed
solum jus antiquum conservat juxtâ cap. ex parte 13.
cap. quia intentionis 29. de privil. ibi: *cum innovatio
nec jus novum conferat, nec etiam tollat vetus.* Poste-
rior innovatio ex certâ scientiâ novum jus & valorem
confert privilegio, ità ut ex invalido fiat validum,
adè, ut privilegium amissum vel revocatum in novum
statum reponatur.

Q. 7. Quomodo perditur privilegium?

R. Vel ipso jure vel facto hominis sive privilegium
concedentis vel illud obtinentis aut contrâ illud præscri-
bentis: in genere perditur 1. si subjectum, cui privile-
gium inhæret, destruat; ità mortuâ personâ emo-
ritur privilegium personale R. 7. de RR. J. in 6. Pri-
vilegium verò reale manet, quamdiu manet res v.g.
Ecclesia, cui concessum est, & destructâ Ecclesiâ, quam-
diu est spes reparationis cap. 2. de Relig. dom.

2. Per revocationem privilegiantis aut ejusdem suc-
cessoris: quia qui gratiam concessit, eandem etiam re-
vocare potest, nisi privilegium sit remuneratorium aut
conventionale, aut gratia sit facta non subdito aut ex-
traneo, porrò revocatio vel fit expressè vel tacitè v.g.
si princeps scienter faciat actum privilegio contrarium,
vel alteri contrarium privilegium concedat cum derogatione
prioris privilegii; clausulæ derogatoriæ privilegii
adjici solitæ sunt: non obstantibus privilegiis quibus-
cunque sub quâcumque verborum forma conceptis
etiamsi eorum de verbo ad verbum expressè mentio fie-
ri deberet.

3. Amittitur privilegium per non usum, si quis privilegio alteri oneroso: ut recipiendi decimas; non utatur, & interim occasio fuit utendi privilegio.

4. Per renuntiationem, quæ fit vel expressè vel tacitè exercendo actum cum retentione privilegii incompatibilem: quilibet enim favori proprio renuntiare potest. dicitur: proprio: si enim privilegium sit concessum in favorem ordinis, statûs, collegii; aliquis privatus illi renuntiare non potest.

5. Cessat privilegium cessante causa finali non solum negativè & ad tempus, sed contrariè & in perpetuum, videl. si circumstantiæ privilegii ita sint mutatæ, ut usus privilegii evadat iniquus, aut cedat in præjudicium græve Ecclesiæ vel communitatis.

6. Demum amittitur privilegium per abusum: quia privilegium meretur amittere, qui permissio sibi favore aut potestate abutitur; ac ita vel ipso facto vel per sententiam privilegio privatur ut suis locis dicitur:

Quia privilegia & dispensationes per Pontificum & Principum litteras sub certâ formâ expeditas concedi solent, pro earum intelligentiâ additur ex L. 1. decretalium tit. III.

A P P E N D I X

De rescriptis.

Rescriptum est responsum Principis scriptum ad relationem vel consultationem vel supplicationem alicujus, quo vel conceditur Gratia, & est rescriptum gratiæ, quo beneficia, dispensationes, indulgentiæ aliæque Gratiæ conceduntur, vel explicatur jus aut dantur Judices ad finiendas lites & est rescriptum justitiæ. Tres sunt partes integrales rescripti: narratio, supplicatio & conclusio. Rescripta Pontificia alia dicuntur brevia Apostolica, suntque litteræ in membranis sub-

subtilibus & candidis Charactere latino & nidido con-
scriptæ, & in dorso cerâ rubeâ chordulis lineis inclu-
sâ illitæ annuloque piscatoris signatæ ac manu Secre-
tarii subscriptæ expediunturque per secretariam. Alia
dicuntur Bullæ à Sigillo plumbeo ex Chordulis de Ca-
nabe dependente, si sint iustitiæ vel gratiæ in formâ:
dignum: vel dependente ex Chordulis sericis crocei co-
loris, si sint gratiæ expeditæ in formâ gratiosâ expe-
diunturque per Cancellariam Apostolicam.

Ut dispensationes, privilegia, delegationes vi re-
scriptorum executioni mandari possint, consideranda
sunt quatuor: 1. quis & qualiter rescriptum impetra-
verit. 2. Tenor & forma rescripti. 3. Legalitas re-
scripti. 4. Vis & efficacia rescripti pro tempore, quo
prodesse debet.

QUOAD IMPETRANTEM: impiis impetrans
non debet per legem vel Canonem esse inhabilitatus ad
impetrandum rescriptum, cum aliàs impetrare rescrip-
tum sit de Genere concessorum. Quod prohibetur
imò excommunicato etiam tolerato, nisi impetret in
ipsâ excommunicationis causâ vel in causâ appellationis
ad sui defensionem cap. dilectus 29. de rescr. adeò, ut
licet nullus opponat, nihilominus omnia ex tali rescrip-
to secuta sint nulla tam pro foro interno, quam pro
foro externo cap. 1. de rescr. in 6. Attamen ex stylo
curiæ solet rescriptis inferi absolutio ab excommunica-
tione ad cautelam in ordine ad effectum rescripti obti-
nendum. Prohibetur 2dò alius pro alio rescriptum
iustitiæ obtinere sine speciali mandato, nisi sit persona
conjuncta, quæ absque speciali mandato pro aliâ in ju-
dicio agere possit cap. nonnulli 28. §. sunt & alii de
rescr. ibi: *Sancimus, ut si aliquis super aliquâ quæstio-
ne de cætero, sine speciali mandato Domini, literas
Apostolicas impetrare presumpserit, & litera illa non
valeant, & ipse tanquam falsarius puniatur: nisi forte*

de illis personis extiterit, à quibus non debet exigì de jure mandatum. Et hoc quoad rescripta justitiæ sive ad lites, sed rescripta Gratiæ validè pro alio sine mandato speciali impetrantur, licet effectum non habeant, nisi acceptentur ab illo, pro quo impetrata sunt: quia gratia facta est quædam donatio, quæ acceptatione completur; neque expedit gratias concedi non volenti, ne gratiæ Principis vilipendantur, quem præcipuè in dispensationibus difficilem esse convenit.

Deinde IMPETRANS non debet in supplicâ reticuisse veritatem necessariò exprimendam, quâ expressâ rescribens dispensationem, beneficium, indulgentiam, commissionem non concessisset vel difficiliùs concessisset, quod dicitur subreptio. Neque debet expressisse falsitatem, quod vocatur obreptio: licet passim hæ voces sumantur promiscuè; hinc impetrans beneficium in formâ graciosâ (in formâ dignam impetrat Clericus carens honestâ sustentatione) debet expressisse beneficia, quæ habet, cum qualitatibus & redditibus, rescriptum ad beneficium priùs obtentum, jus ad beneficium obtinendum, statuta & consuetudinem Ecclesiæ & juramentum, si fortè eo statuta vel consuetudines firmatæ sint. In aliis debet expressisse litis pendentiam, præjudicium tertii. Est tamen hæc differentia inter rescripta, quod rescripta gratiæ ob-vel subreptitiè obtenta sint ipso jure nulla cap. constitutus 19. cap. ad audientiam 31. Clem. 1. de præb. ibi: *gratia hujusmodi velut surreptitia nullius penitus est momenti* cap. si is 2. de fil. presb. in 6. *Talis dispensatio (cum non sit verisimile sedem ipsam cum illo prædictum patiente defectum voluisse, si hoc fuisset expressum eidem, in pluralitate beneficiorum hujusmodi dispensare) veluti per surreptionem obtenta, nullius penitus est momenti.* Econtra rescripta justitiæ per exceptionem sint evacuanda, arg. cap. si autem 9. ibi: *Objecerit literas se prio-*

res habere, de quibus in posterioribus mentio non habetur cap. plerumque 23. de rescr. alia est differentia quoad reticentiam veri sive subreptionem & expressionem falsi dolosam & ex ignorantia sive simplicitate factam: hæc enim rescriptum non vitiat nisi quoad partem quam afficit, si nihilominus expressâ veritate vel non suggestâ falsitate rescriptum fuisset concessum, aliud est si non fuisset concessum, aut si de jure communi vel consuetudine aut stylo curiæ aliqua qualitas specialiter exprimenda fuit omissa. Illa verò rescriptum in totum vitiat cap. super litteris 20. de rescr. l. cap. ex parte 2. cap. sedes 15. eod. tit. Quod si rescripto addatur favorabilis clausula: **MOTU PROPRIO**: per quam indicatur, quod rescribens non tam ad petitionem supplicantis, licet hæc præcesserit, quam ex mera liberalitate gratiam dederit, hæc inquam clausula sanat vitium rescripti ob taciturnitatem veri non ob expressionem falsi, vel ob non expressam inhabilitatem personæ, nihil quoque operatur hæc clausula in præjudicium tertii, nisi expressè rescribens declaret se velle derogare juri tertii cap. quamvis 8. de rescr. in 6. cap. si motu 3. de præb. in 6. Clem. Si Romanus 4. eod. tit. conformiter supra dictis petens legitimationem debet exprimere, si ex damnatâ copulâ v.g. incestu, adulterio, sacrilegio sit genitus, petens dispensationem debet exprimere priorem dispensationem limitatè concessam, aut cedentem in præjudicium tertii, si per secundam augeatur illud præjudicium, aut gratia obtinenda attenda priore sit major v.g. qui per quin quennium à residentia dispensari petit, postquam iam per quinquennium ante cum ipso dispensatum fuit, aut qui mortuâ priore conjugæ quam cum dispensatione in voto castitatis duxit, aliud matrimonium contrahendi dispensationem postulat. Petens dispensationem in impedimentis matrimonii, si plura sint, debet omnia ex-

primere, aut si in consanguinitate una pars sit stipiti propinquior, vel consanguinitas ex duplici linea paterna & materna oriatur.

Quoad FORMAM & TENOREM RESCRIPTI imprimis forma substantialis debet accuratè servari, aliàs nulliter proceditur cap. cum dilecta 22. de rescr. tunc est forma expressa substantialis, quando rescribens apponit certam formam, quæ de jure communi non inest (si de jure communi inest, delegatus sive commissarius solum admonetur sui officii) quia tunc censetur novum mandatum concipere & non sub alia conditione vel modo, quam expressum sit, potestatem exequendi concedere. Etiam, si addantur hæc vel similes clausulæ; sic & non aliter, quidquid secus factum fuerit, irritum sit & inane &c.

Deinde tenor rescripti attendendus ex omnibus clausulis insertis, quales in quolibet rescripto Pontificio vel exprimi solent, vel si non exprimantur subintelligi debent: hæc videlicet: si preces veritate nitantur; si rescriptum ad instantiam partis sit impetratum cap. ex parte 2. cap. olim 25. de rescr.; Salvo jure alterius, quia Papa censetur velle, ut maneat jus alterius salvum nisi aliud exprimat; si is cui datur beneficium sit dignus: unde executor inveniens impedimentum Canonicum, in quo dispensatum non est, non debet rescriptum exequi cap. cum adeo 17 de rescr. porro quoad Clausulas insertas interpretandas differentia rursus est inter rescripta: in rescriptis justitiæ Clausulæ in omni rigore sunt interpretandæ, ut quam minimè juri communi derogetur v.g. *Quantum de jure poteritis* extenditur ad omnia in rescripto contenta cap. causam 18. de rescr. *Et quedam alie persone*, non extenditur ad expressis digniores cap. sedes 15. eod. nec ad plures, quam tres aut quatuor cap. 2. eod. in 6. *Et quosdam alios de diocesi*; non extenditur ad incolas civitatis Ca-
the-

De Oblig. &
alialis, aut alterius
quodam alias Cleru
tam heredes re in
ficavit; 6. eod.
nditur ad causat
tas cap. ult. eod.
nibus (nisi sint
no facienda con
ro, in 6. cap. cu
beneficia; hæ
nionem & impo
te interpretanda c
sui provideatur c
non extenditur ac
cap. susceptum 6
do de beneficio
in post datam lito
de rescr. Clausula
tendo. Non exter
alialis cit. cap. qu
tenda non sacerdo
sacerdotalem etiam
QUOAD LEGAL
in nullo debet illud
tatur rescripta Por
tatum in latinitate c
in enim est verosimil
tio non fuisse depreh
sunt; vitiantur
talem vel circa ma
no Religionis est d
in obediendi, vel circ
v.g. pro dispensa
tatur officiali Trev
de reform. cap.

pars sit scripti
ci linea patet.

RESCRIPTI
curate servari,
12. de rescr.
ando rescribens
communi non
gatus sine con-
quiatunc cenfe-
n sub alia condi-
potestatem exe-
haz vel similes
cus factum fue-

omnibus clau-
ipto Pontificio
tur subintelligi
ate nentur; si
etratum cap. et
vo jure alterius,
s alterius salvan-
neficiam sit dig-
dimentum Cano-
t, non debet re-
de rescr. ponti-
las differentia no-
stitia Clausula
quam minime ju-
m de jure potest
ntenta cap. casti-
na, non extendit
eod. nec ad plures
in 6. Et quosdam
incolas civitatis Ca-

DE OBLIG. & CESSATIONE LEGUM. 505
thedralis, aut alterius diœcesis cap. Rudolphus 35. eod.
Quosdam alios Clericos vel Laicos: non extenditur ad
eorum hæredes re integrâ cap. significante 34. & cap.
significavit 36. eod. *Et quibusdam aliis causis* non
extenditur ad causas post impetrationem litterarum
exortas cap. ult. eod. in rescriptis gratiæ nemini præju-
dicantibus (nisi sint ad beneficia) latissima est inter-
pretatio facienda contra concedentem cap. quamvis 4.
de præb. in 6. cap. cum dilecti 6. de donat. Dixi: nisi
sint ad beneficia: hæc enim quia sunt ambitiosa vel per
ambitionem & importunitatem impetrari solita, sunt
strictè interpretanda cit. cap. quamvis. Hinc rescriptum
ut alicui provideatur de beneficio vacaturo per cessio-
nem non extenditur ad beneficium vacaturum per obi-
tum cap. susceptum 6. de rescr. in 6. Clausula: de pro-
videndo de beneficio vacaturo non extenditur ad bene-
ficiam post datam litterariam de novo erectum Clem.
ult. de rescr. Clausula: de beneficio in Ecclesiâ civitatis
obtinendo. Non extenditur ad beneficium Ecclesiæ Ca-
thedralis cit. cap. quamvis. Clausula: de obtinendâ
præbendâ non sacerdotali non extenditur ad præben-
dam sacerdotalem etiam minorum reddituum.

QUOAD LEGALITATEM RESCRIPTI: impri-
mis nullo debet illud vitio vel defectu laborare. Ita
vitiatur rescripta Pontificia per errorem gravem ma-
nifestum in latinitate cap. ad audientiam XI. de rescr.
non enim est verosimile tale vitium in rescripto Ponti-
ficio non fuisse deprehensum, cum per multorum ma-
nus transeat; vitiatur etiam rescripta per errorem sub-
stantialem vel circa materiam v g loco dispensationis in
voto Religionis est dispensatum in voto castitatis vel
non nubendi, vel circa eum, cui committitur execu-
tio v. g. pro dispensatione in Diœcesi Coloniensi re-
scribitur officiali Trevirensi cum juxtâ Con. Trid. sess.
22. de reform. cap. 5. non nisi ex certâ scientiâ dele-

ganda sit alteri executio rescripti quam ordinario oratoris. Vel circa personam, ita ut persona reddatur incerta. Præterea viriatur rescriptum per rasuram, cancellationem, deletionem in loco suspecto factam, cum per hanc præsumptio sit de falsitate cap. licet 5. de crim. fal. cap. inter dilectos 6. de fid. instrum.

Deinde non debet prius rescriptum obstare, hinc in rescriptis iustitiæ ob prius concessum, quod est contrarium, non valet posterius nisi de priore expressam faciat mentionem cap. ex parte 12. de off. deleg. in rescriptis ad beneficia ad eandem Ecclesiam, non tenetur posteriori Ecclesia providere, cap. mandatum 38. cap. Abbatem 40. de rescr. quia Papa non intendit eandem Ecclesiam bis gravare nisi id exprimat.

Postremò **QUOAD VIM & EFFICACIAM RESCRIPTI PRO TEMPORE, QUO PRODESSE DEBET** differentia est inter rescripta: rescripta iustitiæ intra annum præsentanda, si habeatur copia iudicis delegati, aliàs vim per secundum rescriptum etiam nullam faciens mentionem de primo perdunt cap. Si autem 9. cap. plerumque 23. de rescr. efficaciam habent, quamprimum iudici delegato sunt præsentata, & ante nullam iudex delegatus habet jurisdictionem cap. ut debitus 59. de appel. vim autem amittunt, si re integrâ (id est antequam delegatus partes citaverit: ex cap. gratum 20. de off. deleg.) rescribens moriatur, renuntiet, deponatur, transferatur &c. Aut si pars rescripto in solius favorem cedenti renuntiet, quod idem est de rescriptis gratiæ. rescripta gratiæ quocunque tempore præsentari possunt, habentque vim & efficaciam à die datæ, si contineant gratiam perfectam nullâ conditione vinculatam, neque si sint ad beneficia eandem vim perdunt, licet aliis posterius obtineat rescriptum, qui etiam in præsentando præveniat, nisi interveniat dolus aut notabilis negligentia cap. tibi 12. de rescr.

De Oblig. 8
6. J. cap. Si Cle
tant morte conce
gratiam facie
nem tertii, si re
de prob. in 6. a
placitum nostru
id est si concessi
blica vel sub
in rescripta gratia
venitur ut in cap

DISPU

De lege ab

Laminandæ nur
num altera alter
humana subest h
ni sed in eâ secu
nalis subest legi

QU

L

DICO 1. Lex a
vina sapienti
num altum &

11. O.
Explicatur Conch
legem æternam
essentiam legis
sita. Dicitur
ratione divinâ qu
imprimis inte
actu existentium
divinæ sapi
vel exemplaris f
Demum eadem

in 6. J. cap. Si Clericus XI. de præb. in 6. neque ex-
spirant morte concedentis rescripta gratiæ, nisi conti-
neant gratiam faciendam aut factam quidem sed in fa-
vorem tertii, si res adhuc sit integra cap. si cui 37. §.
fin. de præb. in 6. aut si contineant hanc clausulam *ad*
beneplacitum nostrum. cap. si gratosè §. de rescr. in 6.
Aliud est si concessio sit facta: *ad beneplacitum sedis*
Apostolicæ vel sub clausulâ: *donec revocavero*; tunc
enim rescripta gratiæ vim perdunt, si per successorem
revocentur ut in cap. ult. de rescr. in 6.

DISPUTATIO XXI.

De lege æternâ naturali & humanâ.

EXaminandæ nunc sunt tres quasi species legis, qua-
rum altera alteri subordinatur eâque inferior est,
Lex humana subest legi naturali, cui non debet con-
trariari sed in eâ secundum congruitatem fundari, lex
naturalis subest legi æternæ, cujus est participatio.

QUÆSTIO I.

De lege æternâ.

DICO 1. *Lex æterna nihil aliud est quam ratio di-*
vine sapientiæ, secundum quod est directiva
omnium actuum & motionum. S. Th. hic Q. 32.
a. 1. O.

Explicatur Conclusio dicitur 1. *Ratio*: quâ denota-
tur legem æternam formaliter esse dictamen rationis
juxtâ essentiam legis ut sic, quæ est formaliter in solâ
ratione sita. Dicitur 2. *Divine sapientiæ*: in mente
seu ratione divinâ quoad præsens hæc tria distingui pos-
sunt: imprimis intellectio & cognitio rerum omnium
sive actu existentium sive duntaxat possibilium. Dein-
de ratio divinæ sapientiæ, quatenus habet rationem
artis vel exemplaris sive ideæ, per quam cuncta sunt crea-
ta. Demùm eadem ratio divinæ sapientiæ, quatenus
diti-

XX.
ordinario onto-
na reddatur in-
rasuram, can-
to factam, cum
cap. licet §. de
altrum.
obstare, hinc in
, quod est con-
pote expressam.
e off. deleg in re-
tam, non tenetur
indatum 38. cap.
intendit eandem

EFFICACIAM
O PRODESSE
rescripta iusti-
tur copia iudicis
rescriptum etiam
perdunt cap. Si
r. efficaciam ha-
sunt præsentat,
et jurisdictionem
item amittunt.
us partes citaverit
scribens moratur
&c. Aut si parti-
untiet, quod hinc
æ quocumque ten-
e vim & efficaciam
perfectam nulla con-
d beneficia eandem
obteneat rescriptum
iat, nisi interveniat
ap. tibi 12. de res-